Borghorst.- De Anatolii Fontibus

DE ANATOLII FONTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IMPETRANDOS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

GERHARDUS BORGHORST
HANNOVERANUS.

PROMOTIO SOLLEMNIS HABEBITUR: DIE XXI. MENS. IAN. ANN. MCMV.

De dissertatione iudicarunt:

Hermannus Diels
Ioannes Vahlen.

BERLIN
Mayer & Müller
1904.
Typis expressit Carl Salewski Berolinensis.

HERMANNO DIELS

S.

I. De Anatolio.

Edidit nuper J. L. Heibergius ex codice Monac. gr. 384 Anatolii quendam libellum nondum divulgatum, qui inscribitur *Ἀνατολίου περὶ δεκάδος καὶ τῶν ἐντὸς αὐτῆς ἀριθμῶν*[1]). Cuius libelli fragmenta iam dudum erant nota, quippe quae inveniantur in Theologumenis arithmeticis[2]), praeterea totum opusculum auctoris nomine omisso in Latinum conversum Georgius Valla operi suo indigesto, cui est titulus „de expetendis et fugiendis rebus", inseruit (lib. III, 10—20)[3]). Quis fuit ille Anatolius? Audiamus de eo Eusebium (hist. eccl. VII, 32, 6): „*Ἀνατόλιος αὐτῷ (τῷ Εὐσεβίῳ) διάδοχος, φασὶν ἀγαθὸς ἀγαθῷ, καθίσταται, γένος μὲν καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρεύς, λόγων δ'ἕνεκα καὶ παιδείας τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας τε τὰ πρῶτα τῶν μάλιστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμένος, ἅτε ἀριθμητικῆς καὶ γεωμετρίας ἀστρονομίας τε καὶ τῆς ἄλλης διαλεκτικῆς, ἔτι τε φυσικῆς θεωρίας, ῥητορικῶν τε αὖ μαθημάτων ἐληλακὼς εἰς ἄκρον· οὗ ἕνεκα καὶ τῆς ἐπ' Ἀλεξανδρείας Ἀριστοτέλους διαδοχῆς τὴν διατριβὴν λόγος ἔχει πρὸς τῶν τῇδε πολιτῶν συστήσασθαι αὐτὸν ἀξιωθῆναι* . . . *Οὐ μὲν οὖν ἐσπουδάσθη πλεῖστα τῷ Ἀνατολίῳ συγγάμματα, τοσαῦτα δ'εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθε, δι' ὧν αὐτοῦ καταμαθεῖν δυνατὸν ὁμοῦ τό τε λόγιον καὶ πολυμαθές, ἐν οἷς μάλιστα τὰ περὶ τοῦ πάσχα δόξαντα* . . . *καὶ ἀριθμητικὰς δὲ καταλέλοιπεν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις δέκα συγγράμμασιν εἰσ-*

---

[1]) Annales internationales d'histoire. Congrès de Paris 1900. 5e section Histoire des sciences. Librairie Colin (Paris 1901).

[2]) ed. Fr. Ast, Lips. MDCCCXVII.

[3]) confer Heiberg pg. 27.

αγωγάς, καὶ ἄλλα δείγματα τῆς περὶ τὰ θεῖα σχολῆς τε αὐτοῦ καὶ πολυπειρίας. Deinde narratur eum a Theotecno consecratum Laodiceae factum esse episcopum. Adde Hieronymum ad Probi annum II.: „Anatolius Laodicenus episcopus philosophorum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur" (Syncell. 723, 3 ad Probi annum III.)[1]).

Anatolius igitur Alexandrinus, priusquam Laodiceae episcopus creatus est, quod factum esse ultimo loco edocemur circa annum p. Chr. n. CCLXXX, Alexandriae Aristotelicae fuerat philosophiae magister. Omnibus antiquitatis disciplinis optime imbutus atque instructus praeter alios libros etiam *ἀριθμητικὰς εἰσαγωγὰς ἐν ὅλοις δέκα συγγράμμασιν* reliquit. Quem librum unum esse eundemque atque illum, quem nuper Heibergius e bibliothecae tenebris in lucem reduxit, etsi pro certo statui non potest, tamen hoc quidem videmus Anatolium in numeris tractandis operam posuisse[2]). Itaque quod efficere conatus est Gomperzius[3]) Anatoliorum alterum, quem dicunt paganum, a viris doctis esse fictum, quamquam mihi valde probatur, nunc fusius tractare supersedeo. Praeter hunc, de quo agimus, librum alia nobis servata sunt fragmenta Anatoliani libri mathematici[4]), sed iam Hultschius[5]) vidit ea ab illo de numeris libro plane aliena esse.

Redeamus nunc ad librum, a quo sumus profecti. Quid sibi vult? Tractantur singuli usque ad decem numeri non mathematice, sed Pythagorico, ut dicunt, mysticismo singulorum virtutes ac potestates exponuntur. Sine certo ordine, qui quidem conspici possit, oratione valde circumcisa res

---

1) Confer Tannery, La geometrie greque, pg. 42; Gomperz, Anzeiger d. kais. Academie d. Wiss. Phil.-hist. Cl. 1901 pg. 26; Harnack, altchristl. Litteratur I, pg. 436.

2) Non fuisse ignotas eiusmodi doctrinas homini Peripatetico edocemur cum aliis tum comparato Alexandro Aphrodisiensi, qui quae habet similia, passim adnotabo.

3) l. l. pg. 26.

4) Heronis Alexandrini Geom. etc. reliq. ed. Friedr. Hultsch pg. 276 sqq.

5) Pauly-Wissowa sub Anatolio.

conectuntur, ita ut primo obtutu cogites de epitoma ex maiore libro composita. Quo consilio? Ut instrueretur vulgus? Quod quominus affirmes, impedit orationis ratio ac formatio. Nonnulla enim tantopere in angustum sunt coacta, ut nisi qui de talibus rebus instructus est aut ab aliquo viva voce de singulis edocetur, nemo ea intellegat. Et hoc ducit nos in viam. Recordemur Anatolium Alexandriae philosophiae doctoris munere functum esse. Quid consequitur? Aut sibi ipsi composuit auctor opusculum, ut haberet in disserendo memoriae subsidium, aut discipulis, ut breve esset compendium rerum fusius a se explicatarum, aut denique unus ex discipulis, quae audierat magistrum disserentem, congessit posteaque edidit, id quod saepius factum esse illis temporibus inter viros doctos constat. Quarum condicionum media, quae etiam cadit in plerosque Aristotelis libros, maxime arridet ac mihi quidem probatur. Hac enim assumpta statim non solum patet, cur tantopere sit circumcisa oratio, ut omnis rerum continuatio seriesque deesse videatur, sed etiam mira inducendi auctores ratio intellegitur, ut (de septenario) *Ἡράκλειτος· κατὰ λόγον* etc. *Ἱπποκράτης· ἑπτά εἰσιν* etc. (de novenario) *καὶ Ὅμηρος· οἱ δ'ἐννέα* etc.: scilicet, quae desunt ad vinciendas sententias, auctor viva voce addiderat. Mentionem fecit libelli primus, ut iam dixi, fortasse Eusebius[1]), deinde excerpsit eum et operi suo inseruit auctor libri, qui sub titulo Theologumenorum arithmeticorum[2]) ad nos pervenit, tum Georgius Valla totum in

---

[1]) eccles. hist. VII, 32, 20.

[2]) Cuius libri maximam partem, non solum ea, quae Nicomachi nomen prae se ferunt, ex Nicomachi opere excerpta esse facile videbis, cum eum comparaveris cum eis, quae e Nicomachi libro nobis servavit Photius (187). Nam cum ordo nominum, quae singulis numeris imposita sunt, in utroque libro in universum idem est, tum plena quaedam enuntiata in utroque inveniuntur. Ex multis posui pauca: Theol. arithm. pg. 14, 2 *ἡ τριὰς δὲ τὴν μονάδος δύναμιν εἰς ἐνέργειαν καὶ ἐπέκτασιν προχωρεῖν ποιεῖ* ... idem habes apud Photium. Theol. arithm. pg. 34, 25 *εἶδος οὖν εἴδους οὐκ* ... (*παρὸ ἑξάς*) Photius idem. Sed tamen non omnia sunt referenda ad

latinum convertit auctoris nomine omisso. Alio loco, quod sciam, liber memoratus non est. Nam utrum Joannes Lydus [1]), — de quo infra agemus — quae III, 1 de denario numero exhibet, ex Anatolio hauserit an ex alio, certo diiudicari nequit.

Iam supra diximus epitomatoris rationem agnosci in Anatolii libello; quare nunc quaeritur, verane sit haec suspicio, atque porro cuius in angustum coegerit ille librum. Quod ut eruamus, prius nobis est disserendum de aliis quibusdam scriptoribus, quos eadem de re simillima tradidisse videbimus.

II. De Philone Alexandrino.

Philo cum nonnulla frustula in aliis libris tum in eo, qui inscribitur „De opificio mundi", continuas praebet de numeris commentationes, quas simillimas esse iis, quae tradiderunt Theo et alii, de quibus infra verba faciemus, vidit Schmekelius [2]). Sed artissima est necessitudo, quae intercedit inter Philonem et Anatolium. Nam quae imprimis de quaternario et septenario numeris exhibet Philo, haec omnia iisdem plerumque verbis expressa, quamvis sint in angustum coacta, in Anatolii libello reperimus. Sed priusquam latius de hac re disseram, exemplis, quod dixi, probare iuvat.

Philo de op. mundi pg. 14, 19 [3]).	Anatol. pg. 31, 21 (Heiberg).
. . . *τετράδι, ἣν δεκάδος τῆς παντελείας οὐκ ἂν διαμάρτοι τις ἀφορμὴν εἶναι λέγων καὶ πηγήν· ὃ γὰρ ἐντελεχείᾳ δεκάς, τοῦτο τετράς, ὡς ἔοικε, δυνάμει· εἰ γοῦν οἱ ἀπὸ μο-*	2. . . . *πρώτη τετρακτύς* (scil. *ἡ τετράς*), *ὅτι* *οἱ ἀπὸ μο-*

Nicomachum, quod intellegitur ex eo, quod nonnumquam de uno numero idem vel simillimis vel iisdem verbis bis dicitur: pgg. 4, 12 et 5, 4; 14, 4 et 15, 12. Sed de his plura fortasse alio loco.

[1]) de mensibus pg. 92 ed. Roether.

[2]) Die Philosophie der mittl. Stoa pg. 409 sqq.

[3]) Utor editione a Cohnio curata.

Philonis.

νάδος ἄχρι τετράδος ἑξῆς συντεθεῖεν ἀριθμοί, δεκάδα γεννήσουσιν[1] ... Περιέχει δ' ἡ τετρὰς καὶ τοὺς λόγους τῶν κατὰ μουσικὴν συμφωνιῶν, τῆς τε διὰ τεττάρων καὶ διὰ πέντε καὶ διὰ πασῶν καὶ προσέτι δὶς διὰ πασῶν, ἐξ ὧν σύστημα τὸ τελειότατον ἀπογεννᾶται· τῆς μὲν γὰρ διὰ τεττάρων ὁ λόγος ἐπίτριτος, τῆς δὲ διὰ πέντε ἡμιόλιος, διπλάσιος δὲ τῆς διὰ πασῶν, τετραπλάσιος δὲ τῆς δὶς διὰ πασῶν, οὓς ἅπαντας ἡ τετρὰς ἔχει περιλαβοῦσα, τὸν μὲν ἐπίτριτον ἐν τῷ τέσσαρα πρὸς τρία, τὸν δ' ἡμιόλιον ἐν τῷ τρία πρὸς δύο, τὸν δὲ διπλάσιον ἐν τῷ δύο πρὸς ἓν ἢ τέσσαρα πρὸς δύο, τὸν δὲ τετραπλάσιον ἐν τῷ τέσσαρα προς ἕν ...

πρώτη γὰρ αὕτη τὴν τοῦ στερεοῦ φύσιν ἔδειξε, τῶν πρὸ αὐτῆς ἀριθμῶν τοῖς ἀσωμάτοις ἀνακειμένων. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἓν τάττεται τὸ λεγόμενον ἐν γεωμετρίᾳ σημεῖον, κατὰ δὲ τὰ δύο γραμμή· γραμμὴ δ' ἐστὶ μῆκος ἀπλατές· πλάτους δὲ προσγενομένου γίνεται ἐπιφάνεια, ἣ τέτακται κατὰ τριάδα· ἐπιφανείᾳ δὲ πρὸς τὴν τοῦ στερεοῦ φύσιν ἑνὸς

Anatolii.

νάδος μέχρι τετράδος τὸν δέκα ποιοῦσι καλούμενον τέλειον ἀριθμόν.

14. δοκεῖ δὲ τέλειος ἁρμονία ἐν τρισὶ συμφωνίαις ὑφεστάναι, τῇ διά δ', ἥτις ἐν ἐπιτρίτῳ κεῖται λόγῳ, τῇ διὰ ε' ἐν ἡμιολίῳ, τῇ διὰ πασῶν ἐν διπλασίονι[2]. ...

ὁ μὲν δ' τοῦ β' καὶ ὁ β' τοῦ α' διπλάσιος, ἐν ᾧ κεῖται ἡ διὰ πασῶν συμφωνία, ὁ δὲ γ' τοῦ β' ἡμιόλιος περιέχων αὐτὸν καὶ τὸ ἥμισυ τὴν διὰ πέντε συμφωνίαν ὑποβάλλει, ὁ δὲ δ' τοῦ γ' ἐπίτριτος, ἐν ᾧ ἡ διὰ δ' συμφωνία.

3. πρῶτος ἔδειξε τὴν στερεοῦ φύσιν·

σημεῖον γάρ,

εἶτα γραμμή,

εἶτα ἐπιφάνεια,

εἶτα στερεόν, ὅ ἐστι σῶμα[3]).

---

[1]) Ordinem sequor rerum, qui exstat apud Philonem; quomodo res apud Anatolium se excipiant, numeris adiunctis notatur.

[2]) cfr. Alex. in Metaph. pg. 39, 19 Hayduck: ἀλλὰ καὶ τὰς ἁρμονίας κατ' ἀριθμόν τινα ὁρῶντες συγκειμένας καὶ τούτων ἀρχὰς ἔλεγον τοὺς ἀριθμούς· ἡ μὲν γὰρ διὰ πασῶν ἐν διπλασίῳ ἐστὶ λόγῳ, ἡ δὲ διὰ πέντε ἐν ἡμιολίῳ, ἡ δὲ διὰ τεσσάρων ἐν ἐπιτρίτῳ.

[3]) cfr. Plut. de e Delph. 390 C. οἱ γὰρ τὴν τετράδα σεμνύναντες οὐ φαύλως διδάσκουσιν, ὅτι τῷ ταύτης λόγῳ πᾶν σῶμα γένεσιν ἔσχηκεν. ἐπεὶ γὰρ ἐν μήκει καὶ πλάτει βάθος λαβόντι πᾶν τὸ στερεόν ἐστι, καὶ μήκους μὲν προϋφίσταται στιγμὴ κατὰ μονάδα ταττομένη, μῆκος δὲ ἄπλατος ἡ γραμμὴ καλεῖται, κατὰ δυάδα ἐστίν, ἡ δ' ἐπὶ πλάτος γραμμῆς κίνησις, ἐπιφανείας γένεσιν ἐν τριάδι παρέσχε, βάθους δὲ τούτοις (ita Schwartz in add. edit. Paton) προσγενομένου διὰ τεττάρων εἰς στερεὸν ἡ αὔξησις προβαίνει.

Philonis.	Anatolii.
δεῖ τοῦ βάθους, ὃ προστεθὲν τριάδι γίνεται τετράς· ὅθεν καὶ μέγα χρῆμα συμβέβηκεν εἶναι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ὃς ἐκ τῆς ἀσωμάτου καὶ νοητῆς οὐσίας ἤγαγεν εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς τριχῆ διαστατοῦ σώματος τῇ φύσει πρῶτον αἰσθητοῦ. ὁ δὲ μη συνεὶς τὸ λεγόμενον ἔκ τινος παιδιᾶς εἴσεται πάνυ συνήθους· οἱ καρυατίζοντες εἰώθασι τρία ἐν ἐπιπέδῳ κάρυα προτιθέντες ἐπιφέρειν ἕν, σχῆμα πυραμοειδὲς ἀπογεννῶντες.	τοῦτο ἡ[1]) τῶν καρυατιζόντων παιδιὰ ποιοῦσα σχῆμα πυραμίδος.

(Conferri possunt etiam reliqua.)

Quam arte cohaereant scriptores, iam ex his frustulis cognosci potest, quae pauca ex multis esse ipse Philo dicit[2]). Multo autem plura invenimus de hebdomade, quibus luculentissime, quod dixi, illustratur. Qua de causa haec sequantur[3]).

Phil. op. m. pg. 33, 9.	Anat. pg. 35, 5.
διχῶς ἑβδομὰς λέγεται, ἡ μὲν ἐντὸς δεκάδος, ἥτις ἑπτάκις μονάδι μόνη μετρεῖται συνεστῶσα ἐκ μονάδων ἑπτά, ἡ δ' ἐκτὸς δεκάδος, ἀριθμὸς οὗ πάντως ἀρχὴ μονὰς κατὰ τοὺς διπλασίους ἢ τριπλασίους ἢ συνόλως ἀναλογοῦντας ἀριθμούς, ὡς ἔχει ὁ ἑξηκοντατέσσαρα καὶ ὁ ἑπτακόσια εἰκοσιεννέα, ὁ μὲν κατὰ τὸν ἀπὸ μονάδος διπλάσιον παραυξηθείς, ὁ δ' αὖ κατὰ τὸν τριπλάσιον. ἑκάτερον δ' εἶδος οὐ παρέργως ἐπισκεπτέον ...	
αὐτίκα ὁ ἀπὸ μονάδος ἐν διπλασίονι λόγῳ παραυξηθεὶς ἕβδομος, ὁ τέσσαρα καὶ ἑξήκοντα, τετράγωνος μέν ἐστιν ὀκτάκις ὀκτὼ πολυπλασια-	ἀπὸ μονάδος ζ' ἀριθμοὶ ἐν διπλασίονι λόγῳ προσαυξηθέντες ποιοῦσι τὸν πρῶτον τετράγωνον ὁμοῦ καὶ κύβον τὸν ξδ'· α' β' δ' η' ις' λβ' ξδ'.

---

[1]) Ita scripserim pro τοῦτον.

[2]) pg. 16, 18. Πολλαῖς δὲ καὶ ἄλλαις κέχρηται δυνάμεσι τετράς ...

[3]) Confer etiam, quae de senario habentur pg. 3, 22.

Philonis.

σθέντων, κύβος δὲ τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρα τετράκις. καὶ πάλιν ὁ ἐν τριπλασίονι λόγῳ παραυξηθεὶς ἀπὸ μονάδος ἕβδομος, ὁ ἑπτακόσια εἰκοσιεννέα, τετράγωνος μὲν πολυπλασιασθέντος ἐφ αὑτὸν τοῦ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, κύβος δὲ τοῦ ἐννέα ἐφ' αὑτὸν ἐννάκις· καὶ ἀεὶ τὸν ἕβδομον ποιούμενός τις ἀντὶ μονάδος ἀρχὴν καὶ παραύξων κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἄχρις ἑβδομάδος εὑρήσει πάντως τὸν παραυξηθέντα κύβον τε καὶ τετράγωνον· ἀπὸ γοῦν τοῦ ἑξηκοντατέσσαρα ὁ συντεθεὶς ἐν διπλασίονι λόγῳ γεννήσει ἕβδομον τὸν τετρακισχίλια καὶ ἐνενηκονταέξ, τετράγωνον ὁμοῦ καὶ κύβον, τετράγωνον μὲν αὐτὸν πλευρὰν ἔχοντα τὸν ἑξηκοντατέσσαρα κύβον δὲ τὸν ἑκκαίδεκα.

Μεταβατέον δὲ καὶ ἐπὶ θάτερον ἑβδομάδος εἶδος τὸ περιεχόμενον ἐν δεκάδι, θαυμαστὴν ἐπιδεικνύμενον καὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ προτέρου φύσιν . . . τὰ δὲ τέσσαρα πρὸς τρία τὴν πρώτην ἁρμονίαν ἀποτελεῖ τὴν ἐπίτριτον, ἥτις ἐστὶ διὰ τεσσάρων.

Ἐπιδείκνυται δὲ καὶ ἕτερον κάλλος αὐτῆς ἑβδομὰς . . .

τὸ ὀρθογώνιον τρίγωνον, ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ ποιοτήτων, ἐξ ἀριθμῶν συνέστηκε τοῦ τρία καὶ τέσσαρα καὶ πέντε· τὰ δὲ τρία καὶ τέσσαρα, ἅπερ ἐστὶν ἑβδομάδος οὐσία, τὴν ὀρθὴν γωνίαν ἀποτελεῖ . . . (latius explicatur) . . . *Τοσοῦτο δ' ἐν ἑβδομάδι πέφυκεν εἶναι τὸ ἱεροπρεπές, ὥστ' ἐξαίρετον ἔχει λόγον παρὰ τοὺς ἐν δεκάδι πάντας ἀριθμούς· ἐκείνων γὰρ οἱ μὲν γεννῶσιν οὐ γεννώμενοι, οἱ δὲ γεννῶνται μέν, οὐ γεννῶσι δέ, οἱ δ' ἀμφότερα καὶ γεννῶσι καὶ γεννῶνται· μόνη δ' ἑβδομὰς ἐν οὐδενὶ*

Anatolii.

ἀπὸ μονάδος ζ' ἀριθμοὶ ἐν τριπλασίονι λόγῳ προσαυξηθέντες ποιοῦσι τετράγωνον καὶ κύβον τὸν ψκθ', τετράγωνον ἐκ τοῦ κζ', κύβον ἐκ τοῦ θ', οὕτως· α' γ' θ' κζ' πα' σμγ' ψκθ'. καὶ ἀεὶ ὁ ζ' παραύξων τὸ ὅμοιον ποιεῖ.

ἀπὸ γὰρ τοῦ ξδ' ὁ ζ' ἐν διπλασίονι παραύξων κύβον ἀπὸ τοῦ ις' (ποιεῖ, τετράγωνον ἀπὸ τοῦ ξδ'?)

λέγεται ὁ ζ' τῆς πρώτης συμφωνίας ἀριθμὸς εἶναι τῆς διὰ δ', . . .

τοῦ πρωτοτύπου ὀρθογωνίου τριγώνου ὁ ζ' περιέχει τὰς περὶ τὴν ὀρθὴν γωνίαν πλευράς· τῶν γὰρ πλευρῶν ἡ μὲν δ', ἡ δὲ γ'.

ἑβδομὰς μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος οὐ γεννᾷ οὐδὲ γεννᾶται ὑπ' ἄλλου ἀριθμοῦ πλὴν ὑπὸ μονάδος· διὸ καὶ καλεῖται ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων παρθένος ἀμήτωρ· τῶν δὲ ἄλλων τῶν

Philonis.	Anatolii.
μέρει θεωρεῖται. τὴν δ' ὑπόσχεσιν ἀποδείξει βεβαιωτέον. τὸ μὲν οὖν ἓν γεννᾷ τοὺς ἑξῆς ἅπαντας ἀριθμοὺς ὑπ' οὐδενὸς γεννώμενον τὸ παράπαν· τὰ δ' ὀκτὼ γεννᾶται κ. τ. λ.	ἐντὸς δεκάδος ὁ μὲν δ'· ὑπὸ δυάδος γεννᾶται[1]) κ. τ. λ.
μόνος δ' ὥς ἔφην ὁ ἑπτὰ οὔτε γεννᾶν πέφυκεν οὔτε γεννᾶσθαι. δι' ἣν αἰτίαν οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξομοιοῦσι τῇ ἀμήτορι Νίκῃ καὶ Παρθένῳ . . .	
ἀπὸ μονάδος συντεθεὶς ἑξῆς ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς γεννᾷ τὸν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τέλειον καὶ τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἰσούμενον· ὁ δὲ γεννηθεὶς ἀριθμὸς ἀποκατιστατικός ἐστι σελήνης, ἀφ' οὗ ἤρξατο σχήματος λαμβάνειν αὔξησιν αἰσθητῶς, εἰς ἐκεῖνο κατὰ μείωσιν ἀνακαμπτούσης· αὔξεται μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης μηνοειδοῦς ἐπιλάμψεως ἄχρι διχοτόμου ἡμέραις ἑπτά, εἶθ' ἑτέραις τοσαύταις πλησιφαὴς γίνεται κ. τ. λ.	ἀπὸ μονάδος συντεθεὶς ὁ ζ' ποιεῖ τὸν κη' τέλειον καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἰσούμενον. ἡμέραι σελήνης κη' καθ' ἑβδομάδας συμπληρωθεῖσαι.
Καλεῖται δ' ἡ ἑβδομὰς ὑπὸ τῶν κυρίως τοῖς ὀνόμασιν εἰωθότων χρῆσθαι καὶ τελεσφόρος, ἐπειδὴ ταύτῃ τελεσφορεῖται τὰ σύμπαντα.	καλεῖται καὶ τελεσφόρος· γόνιμα γὰρ τὰ ἑπτάμηνα.
τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις ἐκ τοῦ πᾶν σῶμα ὀργανικὸν τρισὶ μὲν κεχρῆσθαι διαστάσεσι, μήκει, πλάτει καὶ βάθει, τέτταρσι δὲ πέρασι, σημείῳ καὶ γραμμῇ καὶ ἐπιφανείᾳ καὶ στερεῷ, δι' ὧν συντεθέντων ἀποτελεῖται ἑβδομάς.	ἔτι ἑβδομὰς ἐκ τῶν διαστάσεων καὶ τῶν τεσσάρων περάτων συνεστῶσα δείκνυσι σῶμα καὶ τὸ ὀργανικόν·

Quinque Philonei libri paginas transscripsi, reliquas novem, quae eodem modo cum Anatoliano libello con-

---

[1]) cfr. Alex. in Metaph. pg. 39, 3 Hayduck: ἐπεὶ δὲ οὔτε γεννᾷ τινα τῶν ἐν τῇ δεκάδι ἀριθμῶν ὁ ἑπτὰ οὔτε γεννᾶται ὑπό τινος αὐτῶν, διὰ τοῦτο καὶ Ἀθηνᾶν ἔλεγον αὐτόν· ὁ μὲν γὰρ δύο τὸν τέσσαρα . . . ὁ δὲ ἑπτὰ οὔτε τινὰ γεννᾷ οὔτε ἔκ τινος γεννᾶται· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἀμήτωρ καὶ ἀεὶ παρθένος. Plut. de Is. et. Os. c. 10 b: Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα (ὠνόμαζον).

gruunt, ita ut in utroque Solonis carmen [1]), ut Hippocratis verba citentur, ut tota enuntiata ex altero in alterum transposita videantur [2]), hic ponere supersedeo. Nam illa si vel parum diligenter contuleris, mihi concedes similitudinem locorum tantam esse, ut casu fieri nequeat.

Quam igitur rationem subesse dicemus? An Anatolius sua e Philone excerpsit? Primo obtutu haec coniectura maxime arridet, praesertim cum Anatolio Iudaei libros innotuisse e loco Eusebiano intellegi possit [3]), sed falsa est. Nam praeterquam quod Anatolius de omnibus usque ad decem numeris disserit, quorum de pluribus apud Philonem vel pauca vel prorsus nihil invenimus, accuratius nobis inspicientibus etiam alia, ne ita iudicemus, obstant. Videmus enim Anatolium, quamquam in universum multo brevius res expressit, nonnullas omisit, tamen quinque locis plura dare quam Philonem. Et concedamus Anatolium ipsum addidisse, quod a Philone omissum dicit de vulgatis illis septem lunae formis, quamquam hoc concesso saltem mirum est, quod et alii scriptores, qui, ut infra

---

[1]) Hoc Solonis carmen Clementem Alexandrinum (Strom. VI, 16, 144) e Philonis opere transscripsisse coniecit Cohnius (Philo de op. m. pg. XXIII), sed parum diligenter Nam primum Clemens non solum haec, sed multo plura de hebdomade exhibet, deinde etiam septem lunae formas et Terpandri versus, quae a Philone omissa apud Anatolium leguntur, habet, denique ipse nobis dicit, cui debeat illam de septenario disputationem, Hermippo Berytio (cf. Wendland, Berl. phil. Wochenschr. 1890, Sp. 238). Cum autem ad nostrum institutum utilis non sit, eius nisi comparandi causa rationem non habebimus. De Joanne Lydo, a quo eundem compilatum esse Philonem contendit Cohnius, iudicium cohibeo, etsi ex eo, quod alia omittit, alia dat Philone plura, colligi posse videtur non premere eum Iudaei vestigia. Sed is est Lydus, qui undique sua corraserit, ita ut stulti esset de fontibus eius aliquid certi dicere. Itaque, quamquam de aliis quoque numeris disputat, eum prorsus neglegere malui.

[2]) Quam ob rem facillime restituimus Anatolii locum *τὸ δίχα το* . . . (lac.) (36, 8), cum *το* deleto Philonem secuti scribimus *τὸ δίχα τοῦ ἡγεμονικοῦ μέρος κ. τ. λ.*

[3]) hist. eccl. VII, 32, 16.

videbimus, de eadem re egerunt illi quidem ex Anatolio neutiquam pendentes, tantum non omnes idem praebent. Sed alia sunt graviora. Pg. 36, 4 legimus Heracliti quandam sententiam, quam nec in Philonis nec in ullius adhuc noti scriptoris scriptis reperimus. An Anatolius ipse indagavit eam et addidit? Non facile hoc affirmabis, cum consideraveris haec: neutiquam Anatolii, quippe qui fuerit christianus, interfuit, ut quam maxime comprobaret antiquorum de numeris ariolationes, sed in propatulo est eum, ut iam dixi, nihil aliud egisse nisi ut discipulos de rebus ad perfectam, quam tunc existimabant, eruditionem necessariis edoceret[1]). Dixerit fortasse aliquis profectum esse hoc fragmentum e corruptoris cuiusdam posterioris officina, quod Anatolius deceptus infersisset, ut exornaret hoc lumine orationem. Sed cum omnia, quae in Heracliti fragmentis interpolata esse effici potest, nata sint iam Alexandrinorum temporibus, de hoc frustulo, siquidem genuinum id esse non concesseris, haud aliter erit iudicandum. Itaque veri simillimum est illum hoc gravissimum idque minime vulgatum una cum ceteris e fonte suo deprompsisse.

Tertius hic commemorandus locus (36, 12) continet Herophili de intestinorum humani corporis longitudine existimationem, quam item apud Philonem desideramus. Sed si forte conieceris et hoc Anatolii esse emblema, quaero, quomodo mihi explices, quod et Theo Smyrnaeus, quem nullo modo ex Anatolio pendere posse infra videbis, in eadem de septenario numero disputatione eandem Herophili sententiam profert[2]). An et ille casu ipse addidit? Non asseverabis, sed mecum facies, qui contendo etiam hac e re effici Anatolium non hausisse sua e Philonis libro.

---

[1]) Ne mihi opponas apud nonnullas sectas christianas, imprimis apud Valentinianos qui dicuntur magna hanc doctrinam floruisse auctoritate (Hippolyt. Ref. VI, 21 sqq.), illi, quae veteres excogitaverant, iis usi dogmata christiana exponebant et explicabant, Anatolius veterum nudas narrabat sententias.

[2]) De levi discrepantia locorum infra pauca dicam.

Utilissimus maximique momenti est alius locus (36, 19). Affert enim Anatolius, ut comprobet septem esse chordarum lyram, duos Terpandri versus [1]), quos Philo non habet. Cum autem hic rem ipsam id est lyram eptachordam commemoret (46, 14), apparet aut Philonem illos versus in fonte inventos omisisse aut Anatolium eos addidisse. Quarum condicionum primam esse veri simillimam docet Clemens Alexandrinus, qui, Anatolio aetate maior, in eodem sententiarum contextu unum Terpandri versum ascripsit (Strom. VI, 16, 144). Itaque arta propinquitas, quae interest in ceteris inter Philonem et Anatolium, admodum simplici ac evidenti ratione explicari non potest nisi statuimus non Philone usum esse Anatolium sed eodem fonte atque Philonem.

Hoc quinto denique loco confirmatur atque comprobatur. Verba enim: *Πλάτων ἐξ ἑπτὰ ἀριθμῶν συνέστησε τὴν ψυχὴν ἐν Τιμαίῳ* (36, 23), quae frustra quaeris apud Philonem, non solum in omnium fere, qui iisdem de rebus scripserunt, libris inveniuntur, sed plerique continua disputatione eo loco de hoc Platonico placito disserunt.

Cum igitur constare videatur, ex uno eodemque fonte hausisse illos, iam quaeritur, quis fuerit ille auctor communis. Anatolius tam breviter res perstringit nomine omisso, ut ex eo quidquam certi elici non possit, Philo autem, quamquam fusius disserit, auctorum nomina, quos sequitur, semper fere reticet. Itaque de recta via, quae ducat nos ad fontem, ex neutro quidquam cognosci potest, ut autem per ambages, quas dicunt, aliquid indagare conemur, prius de aliis, qui easdem res tractaverunt, dissertatio instituatur necesse est.

III. De Theone Smyrnaeo.

Libro, qui inscribitur Expositio rerum mathematicarum ad legendum Platonem utilium, inseruit Theo continuam

[1]) Spurii sunt (Diels Vorsokr. pg. 232, 7); sed conferas, quae dixi supra de Heracliteo fragmento.

de numeris eorumque virtutibus disputationem (pgg. 93—106 Hiller). Quae ibi enarrantur, simillima sunt iis, quae extant apud Anatolium, adeo ut Heibergius Anatolii singulis locis ea, quae habentur apud Theonem, tamquam varias lectiones addiderit. Conferas velim haec:

Anatolii.	Theonis.
29, 4. *τοσοῦτον δὲ προλέγομεν νῦν, ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι τὸν πάντα ἀριθμὸν εἰς δέκα ἀνῆγον, ὑπὲρ δέκα δὲ οὐδεὶς ἔτι ἀριθμός, ἐν πάσῃ αὐξήσει πάλιν ἡμῶν ἐπιστρεφόντων ἐπὶ μονάδα μετὰ τὸ συμπληροῦσθαι πᾶσαν δεκάδα· ἀλλὰ καί, ὅτι ἐκ τετράδος συνίσταται ἡ δεκάς, εἰς τὰ μάλιστα τὴν τετρακτὺν ἐτίμων.*	99, 17. *πάντα μὲν γὰρ τὸν ἀριθμὸν εἰς δεκάδα ἤγαγον, ἐπειδὴ ὑπὲρ δεκάδα οὐδείς ἐστιν ἀριθμός, ἐν τῇ αὐξήσει πάλιν ἡμῶν ὑποστρεφόντων ἐπὶ μονάδα καὶ δυάδα καὶ τοὺς ἑξῆς· τὴν δὲ δεκάδα ἐπὶ τετράδα συνίστασθαι· ἓν γὰρ καὶ β′ καὶ γ′ καὶ δ′ ἐστὶ ι′, ὥστε τοὺς δυνατωτάτους ἀριθμοὺς ἐντὸς τῆς τετράδος θεωρεῖσθαι.*
30, 18. *δυὰς ἀρχὴ ἀριθμοῦ· πρώτη αὔξη καὶ μεταβολὴ εἰς δυάδα καὶ διπλασιασμὸν τῆς μονάδος· . . . ἔχει τὸ ἀνάλογον τῇ ὕλῃ καὶ παντὶ αἰσθητῷ· . . . ἔτι καὶ ταύτην ἐκάλουν κίνησιν, γένεσιν, μεταβολήν, διαίρεσιν, μῆκος, αὔξησιν, κοινωνίαν, τὸ πρός τι, . . .*	100, 9. *πρώτη δὲ αὔξη καὶ μεταβολὴ ἐκ μονάδος εἰς δυάδα κατὰ διπλασιασμὸν τῆς μονάδος, καθ᾽ ἣν ὕλη καὶ πᾶν τὸ αἰσθητὸν καὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ αὔξησις καὶ ἡ σύνθεσις καὶ κοινωνία καὶ τὸ πρός τι.*
34, 6. *ἑξὰς πρῶτος τέλειος ἀριθμός· τοῖς γὰρ αὑτῆς μέρεσιν ἀριθμεῖται α′ β′ γ′, ἃ ποιεῖ τὸν ς′ . . . κέκληται δὲ γάμος, διότι αὐτὸς μὲν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσίν ἐστιν ἴσος, ὡς δέδεικται, καὶ γάμου ἔργον τὸ ὅμοια ποιεῖν τὰ ἔκγονα τοῖς γονεῦσι. καθ᾽ ἑξάδα πρῶτον συνέστη ἡ ἁρμονικὴ μεσότης ληφθέντος τοῦ ς′ ἐπιτρίτου μὲν λόγου τοῦ η′, διπλασίου δὲ τοῦ ιβ′· τῷ γὰρ αὐτῷ μέρει ὁ η′ τῶν ἄκρων ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται.* *κ. τ. λ.*	102, 4. *ὁ δὲ ς′ τέλειος, ἐπειδὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσίν ἐστιν ἴσος, ὡς δέδεικται· διὸ καὶ γάμον αὐτὸν ἐκάλουν, ἐπεὶ γάμου ἔργον ὅμοια ποιεῖ τὰ ἔκγονα τοῖς γονεῦσι. καὶ κατὰ τοῦτον δὲ πρῶτον συνέστη ἡ ἁρμονικὴ μεσότης ληφθέντος τοῦ ς′ ἐπιτρίτου μὲν λόγου τῶν η′, διπλασίου δὲ τῶν ιβ′· ς′ η′ ιβ′· τῷ γὰρ αὐτῷ μέρει ὁ η′ τῶν ἄκρων ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται, ς′ η′ ιβ′, τουτέστι τῷ τρίτῳ·* *κ. τ. λ.*
35, 6. *ἑβδομὰς μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος οὐ γεννᾷ οὐδὲ γεννᾶται ὑπ᾽ ἄλλου ἀριθμοῦ πλὴν ὑπὸ μονάδος.*	103, 1. *καὶ ἡ ἑβδομὰς δὲ τῆς δεκάδος οὖσα θαυμαστὴν ἔχει δύναμιν. μόνος γὰρ τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος*

διὸ καὶ καλεῖται ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων παρθένος ἀμήτωρ. τῶν ἄλλων τῶν ἐντὸς δεκάδος ὁ μὲν δ' ὑπὸ δυάδος γεννᾶται ... κ. τ. λ.	οὔτε γεννᾷ ἕτερον ουτε γεννᾶται ὑφ' ἑτέρου· διὸ καὶ Ἀθηνᾶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐκαλεῖτο, οὔτε μητρός τινος οὖσα οὔτε μήτηρ· οὔτε γὰρ γίνεται ἐκ συνδυασμοῦ οὔτε συνδυάζεταί τινι. τῶν γὰρ ἀριθμῶν τῶν ἐν τῇ δεκάδι οἱ μὲν γεννῶσι τε καὶ γεννῶνται, ὡς ὁ δ' γεννᾷ μὲν ... κ. τ. λ.
πλανῆται ζ' ...	ἀπὸ τροπῶν δὲ ἐπὶ τροπὰς μῆνες ἑπτά· τό τε πλῆθος τῶν πλανωμένων ἑπτά·
αἱ ἰσημερίαι δι' ἑπτὰ μηνῶν καὶ αἱ τροπαί ...	καὶ ἀπὸ ἰσημερίας ἐπὶ ἰσημερίαν μῆνες ἑπτά·
σπλάγχνα ζ', στόμαχος καρδία, πνεύμων, ἧπαρ, σπλήν, νέφροι δύο. Ἡρόφιλος δὲ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἔντερον πηχῶν εἶναί φησι κα', ὅπερ εἰσὶ τρεῖς ἑβδομάδες. κεφαλὴ χρῆται πόροις ζ', ὀφθαλμοῖς δύο, ὠσὶ δύο, μυκτῆρσι δύο, στόματι ...	καὶ πόροι δὲ κεφαλῆς ἑπτά· καὶ σπλάγχνα ἑπτά, γλῶσσα, καρδία, πνεύμων, ἧπαρ, σπλήν, νέφροι δύο. Ἡρόφιλος δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἔντερον πηχῶν εἶναί φησι κή[1]), ὅ ἐστι τέσσαρες ἑβδομάδες. οἵ τε
οἱ εὔριποι ἐπὶ πλεῖστον ἑπτάκις τῆς ἡμέρας μεταβάλλουσι.	εὔριποι τὸ πλεῖστον ἑπτάκις τῆς ἡμέρας μεταβάλλουσιν.
39, 12. καλεῖται ἡ δεκὰς κράτος καὶ παντέλεια, ἐπεὶ πάντα περαίνει τὸν ἀριθμὸν περιέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς ἑαυτῆς, ἀρτίου τε καὶ περισσοῦ, κινουμένου τε καὶ ἀκινήτου, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ[2]). ...	106, 7. ἡ μέντοι δεκὰς πάντα περαίνει τὸν ἀριθμόν, ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὐτῆς, ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ κινουμένου τε καὶ ἀκινήτου ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ· ...

Quae posui, perpauca sunt e multis; sed prorsus sufficiunt ad demonstrandum, quam similia sint inter se,

---

[1]) Quod diversi sunt numeri, magni non duco. Facillime enim fieri potuit, ut falso scriberentur vel recte scripti falso legerentur numeri, quo facto nimirum et hebdomadum numerus mutabatur.

[2]) Verba proxima Anatolii: *χωρίον τε ἴση περίμετρος* etc. (39, 16), quae dixit obscura Heibergius, sanari posse videntur, cum Plutarchi loco (de Is. et Os. 42, a pg. 73, 9 Parthey) comparato scribimus: *χωρίοις τε ἴση περίμετρος ἐπιπέδων* (pro *ἑβδομάδων* quod inane) *εὑρίσκεται* ... Quare adseruerit Tanneryus (Edit. Heiberg. pg. 54, adn. 1) ea omnino non spectare ad denarium, non video, siquidem clare dicit Anatolius *πλευραὶ δὲ τούτων δ' καὶ ς' ... τὰ δὲ δ' καὶ ς' ποιεῖ τὸν ι'.*

quae habentur apud utrumque. Quamquam autem in universum, ut vidisti, eiusmodi est similitudo, ut facillime tibi veniat in mentem alterum pendere ex altero [1]), tamen si accuratius, quae uterque praebet, singula inspexeris atque contuleris, falsam esse coniecturam non minus facile cognosces. Nam ut praetermittamus, quod rerum ordo persaepe sine ulla, quam quidem intellegamus, causa mutatus et omnino turbatus est, praetermittamus quoque, quod nonnullis locis Theo numerorum nomina affert, quae non habentur apud Anatolium, vicissimque hic, quae non exstant apud illum, tam diversa est utriusque in singulis tractandis ratio, tam multo alter altero plura affert, quamquam utrumque epitomen dare apparet, ut persuasum habeam neminem unquam esse defensurum illam suspicionem. Quare plenius, quod dixi, comprobare exemplis atque argumentis supersedeo.

Priusquam autem instituam quaestionem de Theonis fonte, de mira quadam Tanneryi opinione pauca dicam. Vir ille doctus „dans l'ouvrage de Théon de Smyrne, ait [2]), je suis désormais convaincu que les chapitres relatifs aux nombres de la décade sont étrangers au plan de l'écrivain platonicien et qu'ils représentent une interpolation byzantine ... Je suis donc conduit à voir cette source commune (Theonis et Anatolii) dans les Theologumena de Nicomaque ... Qu' Anatolius ait extrait de ce fatras un sommaire ad usum christianorum, que plus tard quelque littérateur byzantin ait fait le même travail avec un peu moins de scrupule pour l'introduction des noms des divinités classiques ... ce ne sont là, il est vrai, que des conjectures, mais je ne vois aucun indice qui puisse me conduire à les écarter."

---

[1]) Ne dicas temporum ratione nos vetari cogitare ex Anatolio hausisse Theonem, moneo coniecisse Tanneryum (edit. Heiberg. pg. 56) hominem Byzantinum inculcasse Theoneo libro hanc de numeris disputationem. Qua de re infra agam.

[2]) Congrès d'hist. ... pg. 56.

Sane sunt coniecturae, ac mihi quidem prorsus obscurum est, quomodo fieri possit, ut vir doctus in his rebus maxime versatus illarum alteram proferat. Nam qui vel strictim ea, quae leguntur apud Theonem et Anatolium, contulerit cum iis, quae Photii excerpta, quae Theologumena arithmetica e Nicomachi opere servaverunt, ei in aprico erit plane alia ac diversa illa, alia haec esse. Ubi invenerit ille in Theonis libro „les noms des divinités classiques“, quorum gratia illum hominem Nicomachi opus compilasse dicit, non video. Pergamus igitur ad alteram coniecturam: Theoneo libro ab homine Byzantino illam de numeris disputationem esse infertam. Quod falsum esse, nisi probamus et libri partem, quae est de numeris, cum ceteris arte cohaerere, et Theonem de numeris verba facere voluisse ac debuisse, demonstrari non potest. Itaque locum accuratius inspiciamus. Qui quin sit continuo Adrasti sermoni infertus sicut et illa, quae proxime praecedunt, nemini potest esse dubium. Credamusne ergo Tanneryo affirmanti a Byzantino quodam eum esse inculcatum? Ut ita iudicet, quid se commoverit, cum non dicat ille, etiam quod me, ut illum sequar, cogat, nihil est; quibus autem eius coniectura refutari videatur, nonnulla sunt in promptu. Pg. 93, 17 leguntur *ἐπειδὴ πάντες οἱ τῶν συμφωνιῶν εὑρέθησαν λόγοι, καθὰ δέδεικται*, etc., quibus verbis respicitur ad pg. 58, 13. Eodem spectant pg. 101, 12—13. Sed haec, cum etiam Byzantinus ille Tanneryanus his lectorem ad priora revocare possit, minoris facio; multo maioris autem duco pg. 46, 12: *τὸ αὐτὸ* (scil. *τὰ μέρη ἀριθμοῦ ἐλάττονα ποιεῖν τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἐξ ἀρχῆς προτεθέντος ἀριθμοῦ*) *δὲ καὶ τῷ ι' συμβέβηκεν, ὃν καθ' ἕτερον λόγον τέλειον ἔφασαν οἱ Πυθαγορικοί, περὶ οὗ κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἀποδώσομεν.* Dilucide enim auctor dicit se postea suo loco de denario numero verba esse facturum, quod promissum praestat in ea parte, quam a Byzantino quodam additam esse Tanneryus nobis vult persuadere. In libro autem „ad Platonem legendum utili“ iure locum habere eiusmodi aliquam de numeris dissertati-

unculam docent Proclus, Chalcidius, Plutarchus. Itaque actum est de hac illius opinione, et Theoni ipsi hanc libri partem esse vindicandam constat.

Sed cuinam debet eam Theo, quoniam se nihil novi adlaturum, sed, quae alii ante se tradidissent, dilucidiora redditurum esse ipse profitetur?[1])

Habentur pg. 84, 15 *διαφέρει δὲ ἀναλογίας μεσότης, ἐπειδὴ εἰ μέν τι ἀναλογία, τοῦτο καὶ μεσότης, εἰ δέ τι μεσότης, οὐκ εὐθὺς ἀναλογία*, quae cum ceteris praecedentibus inde a pg. 49. Adrasti esse e Theonis verbis perspicuum est. Sequitur inde a pg. 85, 8 usque ad pg. 93, 8 fragmentum, quod e Thrasylli quodam opere sumptum esse item Theo ipse indicat. Qua in extrema disputatione (pg. 93, 8) scribit haec: *καὶ ἡ μὲν ὑπὸ Θρασύλλου παραδεδομένη κατατομὴ τοῦ κανόνος ὧδε ἔχει. ὃν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὅλων ἐφαρμόζεται σφαίρας, ἐπειδὰν καὶ τοὺς ἀστρονομίας ἐκθώμεθα λόγους, παραδείξομεν. νυνὶ δ'ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸν τῶν λοιπῶν ἀναλογιῶν καὶ μεσοτήτων λόγον, ἐπειδή, ὡς ἔφαμεν, ἡ ἀναλογία καὶ μεσότης, οὐ μέντοι ἡ μεσότης καὶ ἀναλογία. καθὸ δὴ ἡ ἀναλογία καὶ μεσότης ἐστίν, ἀκόλουθος ἂν εἴη ὁ περὶ τῶν ἀναλογιῶν καὶ περὶ τῶν μεσοτήτων λόγος*, quibus luce clarius significat se nunc ad disputationem pg. 85. Thrasylli fragmento interposito interruptam velle reverti. Sed tamen hoc promissum statim non efficit, sed prius verbis *ἐπειδὴ δὲ*[2]) *πάντες οἱ τῶν συμφωνιῶν εὑρέθησαν λόγοι, καθὰ δέδεικται, ἐν τῇ τῆς δεκάδος τετρακτύι, καὶ περὶ τούτων πρότερον λεκτέον* illam de numeris dissertatiunculam adiungit. Qua finita pg. 106, 12 demum iisdem fere verbis, quibus antea usus est, *ἐπανιτέον δὲ ἐπὶ τὸν τῶν ἀναλογιῶν καὶ μεσοτήτων λόγον* re vera ad disputationem interruptam redit, quam Adrasti esse etiam hoc loco statim nobis aperte dicit. Cui

---

[1]) pg. 47, 10.

[2]) Probatur mihi Hilleri *δὲ* addentis coniectura, quae cum levis tum necessaria videtur.

igitur est vindicanda pars, de qua agimus? Schmekelius[1]), cum videret Theonem e Thrasylli quodam opere nonnulla iis, quae in universum ex Adrasto deprompsit, addidisse, cumque ea, quae proxime praecedunt, Thrasylli esse compilator ipse dicat, non dubitavit pro certo contendere etiam haec esse Thrasylli. Quod ut efficeret, erat explicandum, cur interruperit Theo ea, quae sumpsit e Thrasylli libro, enuntiato *καὶ ἡ μὲν ὑπὸ Θρασύλλου κτλ.* (93, 8). Atque quod dicit Schmekelius *καὶ ἡ μὲν ὑπὸ Θρασύλλου παραδεδομένη κατοτομὴ τοῦ κανόνος ὧδε ἔχει. ὃν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὅλων ἐφαρμόζεται σφαίρας, ἐπειδὰν καὶ τοὺς ἀστρονομίας ἐκθώμεθα λόγους, παραδείξομεν* propterea esse inserta ab auctore, quod, quae continuabantur apud Thrasyllum de siderum concentu, quem dicunt, differre et infra demum (pg. 205) referre sibi proposuisset, hoc e Theonis verbis perspicuum est. Sed pergit auctor *νυνὶ δ'ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸν τῶν λοιπῶν ἀναλογιῶν καὶ μεσοτήτων λόγον κτλ.*, quae verba Schmekelius plane neglexit. Minime autem erant neglegenda, quoniam in his versatur tota quaestio. Clare enim ac diserte his Theo indicat se nunc Thrasyllo relicto reverti ad Adrastum. Itaque nego ea, quae sequuntur, sumpta esse ex illo. Confirmatur mea sententia eo, quod omnia, quae e Thrasyllo affert Theo, respiciunt doctrinam musicam, hic autem locus per se a musica alienus est. Adde quod etiam enarrandi ratio ab ea, qua utitur Thrasyllus, maxime est diversa, de qua re infra plura dicam. Itaque denuo est suscipienda disquisitio.

Priusquam incipiat Theo disserere de musica, agit continua disputatione de rationibus numerorum arithmeticis (usque ad pg. 46, 19). Tum transiens ad musicam dicit cum alia tum haec: (47, 8) *μετὰ δὲ τὸν περὶ πάντων τῶν μαθηματικῶν λόγον τελευταῖον ἐπάξομεν καὶ τὸν περὶ τῆς ἐν κόσμῳ ἁρμονίας λόγον, οὐκ ὀκνοῦντες τὰ ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐξευρημένα καὶ αὐτοὶ ἀναγράφειν.*

---

[1]) l. l. pg. 409, adn. 3.

ὥσπερ καὶ τὰ πρόσθεν ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν παραδοθέντα ἐπὶ τὸ γνωριμώτερον ἐξενεγκόντες παραδεδώκαμεν, οὐδὲν αὐτοὶ τούτων ἐξευρηκέναι φάσκοντες. παραδεικνύντες δέ τινα τῶν ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν παραδοθέντων ... συναγωγὴν ἐποιησάμεθα. Ergo etiam ea, quae praecedunt, non ipsius sunt Theonis, sed transscripta ex opere hominis cuiusdam se Pythagoricorum de his rebus sententias referre simulantis, id quod disputandi ratione inspecta confirmatur. Cum enim in ceteris nuda mathematicae praecepta proferantur, hic manifesto Pythagoricorum sententiae referuntur. Conferas velim 20, 19 *Ἀρχύτας καὶ Φιλόλαος* ... 20, 20 *οἱ δὲ πλεῖστοι προστιθέασι* ... 20, 23 *λέγουσι* 21, 20 *τῶν δὲ ἀριθμῶν ποιοῦνται τὴν πρώτην τομὴν* ... 21, 22 ... *φασί* ... 21, 24 *πρώτην δὲ τῶν περισσῶν ἔνιοι ἔφασαν τὴν μονάδα* ... 22, 5 *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Πυθαγορικῷ τὸ ἓν φησι* ... 22, 9 *συμφέρεται δὲ τούτοις καὶ Ἀρχύτας* ... 22, 12 *προσαρμόζουσιν.* 24, 27 *καλοῦσιν* ... 25, 3 *καλοῦσιν* ... 46, 13 *ἔφασαν οἱ Πυθαγορικοί.* Constare igitur videtur Theonem usum esse auctore, qui Pythagoreorum doctrinam referebat. Atque circumspiciamus, quem pro aetatis ratione potuerit adhibere. Nicomachus, de quo cogitare potes, aequalis fere fuit et praeterea, quod sciamus, de Pythagoreorum doctrinis proprium librum non scripsit. Itaque longius quod ad tempus regrediamur necesse est. Atqui legimus apud Porphyrium haec[1]): *ἡ δὲ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία* (scil. *τῶν Πυθαγορείων*) *ὥς ἄλλοι τε φασὶν καὶ Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν δέκα*[2]) *βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι*[3]), *διὰ τοῦτο ἐσπουδάσθη κτλ.* Moderatus igitur Pythagoreorum de numeris doctrinas composuerat, atque illum usum esse enarrandi ratione quadam simillima ei, quam usurpasse vidimus in ea libri

---

1) Vit. Pyth. 48.

2) Ita scripsit Bücheler pro *ἐν ἕνδεκα*, Mus. Rhen. 37, pg. 335.

3) Steph. Byz. sub *Γάδειρα: βιβλία τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν.*

parte, de qua agimus, Theonem, apparet et consentaneum est. Atque mire hoc, quod ratiocinando effecimus, comprobatur nonnullis fragmentis, quae e Moderati opere nobis servavit Stobaeus. Sed ipse iudices velim.

Theo pg. 18, 3.	Stob. ecl. I, 1. 8.
ἀριθμός ἐστι σύστημα μονάδων, ἢ προποδισμὸς πλήθους ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος καὶ ἀναποδισμὸς εἰς μονάδα καταλήγων. μονὰς δέ ἐστι περαίνουσα ποσότης, ἥτις μειουμένου τοῦ πλήθους κατὰ τὴν ὑφαίρεσιν τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ στερηθεῖσα μονήν τε καὶ στάσιν λαμβάνει. οὐ γὰρ οἷόν τε περαιτέρω γενέσθαι τὴν τομήν· καὶ γὰρ ἐὰν εἰς μόρια διαιρῶμεν τὸ ἓν κ. τ. λ. (Haec iis, quae sequuntur, latius atque accuratius explicantur.)	*ἔστι δ' ἀριθμὸς ὡς τύπῳ εἰπεῖν σύστημα μονάδων, ἢ προποδισμὸς πλήθους ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος καὶ ἀναποδισμὸς εἰς μονάδα καταλήγων, μονάδας δὲ (μονὰς δ' ἐστὶ?) περαίνουσα ποσότης, ἥτις μειουμένου τοῦ πλήθους κατὰ τὴν ὑφαίρεσιν παντὸς ἀριθμοῦ στερηθεῖσα μονήν τε καὶ στάσιν λαμβάνει. περαιτέρω γὰρ τῆς μονάδος ἡ ποσότης οὐκ ἰσχύει ἀναποδίζειν. ὥστε*
19, 7. *καλεῖται δὲ μονὰς ἤτοι ἀπὸ τοῦ μένειν ἄτρεπτος καὶ μὴ ἐξίστασθαι τῆς ἑαυτῆς φύσεως· ὁσάκις γὰρ ἂν κ. τ. λ.*	*μονὰς ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἑστάναι καὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἄτρεπτος μένειν*
19, 12. *ἢ ἀπὸ τοῦ διακεκρίσθαι καὶ μεμονῶσθαι ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους τῶν ἀριθμῶν καλεῖται μονάς.*	*ἢ ἀπὸ τοῦ διακεκρίσθαι καὶ παντελῶς μεμονῶσθαι τοῦ πλήθους εὐλόγως ἐκλήθη.*
Theo pg. 19, 21.	Stob. I, 1, 9.
ὥστ' εἴη ἂν ἀρχὴ τῶν μὲν ἀριθμῶν ἡ μονάς, τῶν δὲ ἀριθμητῶν τὸ ἕν· καὶ τὸ ἓν ὡς ἐν αἰσθητοῖς τέμνεσθαί φασιν εἰς ἄπειρον, οὐχ ὡς ἀριθμὸν οὐδὲ ὡς ἀρχὴν ἀριθμοῦ, ἀλλ' ὡς αἰσθητόν[1])... *καὶ τὰ ἀριθμητὰ τῶν ἀριθμῶν εἴη ἂν διαφέροντα τῷ τὰ μὲν σώματα εἶναι, τὰ δὲ ἀσώματα. ἁπλῶς δὲ ἀρχὰς ἀριθμῶν οἱ*	*τινὲς τῶν ἀριθμῶν ἀρχὴν ἀπεφήναντο τὴν μονάδα, τῶν δὲ ἀριθμητῶν τὸ ἕν, τοῦτο δὲ σῶμα τεμνόμενον εἰς ἄπειρον· ὥστε τὰ ἀριθμητὰ τῶν ἀριθμῶν ταύτῃ διαλάττειν ᾗ διαφέρει τὰ σώματα τῶν ἀσωμάτων. εἰδέναι δὲ καὶ τοῦτο χρὴ ὅτι τῶν ἀριθμῶν εἰσηγήσαντο τὰς ἀρχὰς οἱ μὲν νεώτεροι τήν τε μονάδα*

[1]) Quae hic ceterisque locis plura habet Theo, aut ipse ea explicandi causa addidit (pg. 47, 13 *ἐπὶ τὸ γνωριμώτερον ἐξενεγκόντες παραδεδώκαμεν*), aut Stobaeus, quippe quem gravissima quaeque exscripsisse notum est, omisit, aut potius utrumque est sumendum.

Theonis.	Stobaei (Moderati).
μὲν ὕστερόν φασι τήν τε μονάδα καὶ τὴν δυάδα, οἱ δὲ ἀπὸ Πυθαγόρου πάσας κατὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν ἄρτιοί τε καὶ περιττοὶ νοοῦνται, οἷον τῶν ἐν κ. τ. λ.	*καὶ τὴν δυάδα, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πάσας παρὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν ἄρτιοί τε καὶ περιττοὶ νοοῦνται.*

Eodem modo pergit Theo disserere de variorum variis sententiis, Archytae, Philolai, aliorum, et tum explicat eodem modo de numeris ipsis eorumque qualitatibus ubique vocibus *καλοῦσι, φασίν* aliis significans, ut iam dixi, se Pythagoreorum doctrinas exhibere, ita ut nemo, qui accuratius quae exposui consideraverit, dubitare possit, quin etiam reliqua sint Moderati. Cui coniecturae quod refragetur, ego quidem nihil video, quamquam concedo nonnulla ex iis, quae explicandi gratia posita sunt, fortasse ipsius esse Theonis.

In extrema parte huius, de qua egimus, disputationis, leguntur haec (46, 12): ὃν (scil. *τὸν δέκα ἀριθμόν*) *καθ' ἕτερον λόγον τέλειον ἔφασαν οἱ Πυθαγορικοί, περὶ οὗ κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἀποδώσομεν.* His verbis manifesto ad eam Theonei libri partem, a qua sumus orsi (pg. 93 sqq.), revocamur, cum alio loco de denario numero non agatur. Quare ad eam revertamur. Neque Thrasylli neque Adrasti est, ut iam demonstravimus. Locum ergo ipsum inspiciamus, si quid elici possit. Pg. 94,10—96,4 explanatur secunda, quae dicitur, tetractys. Atque iidem in usum vocantur numeri 1. 2. 4. 8. 3. 9. 27, quos Plato ad generandam mundi animam in Timaeo adhibuit, et eodem modo explicantur, quo Platonis interpretes iis usi sunt in interpretanda Platonis doctrina. Sed Theo hoc loco omnino non respicit illud Platonicum dogma. Numeri considerantur per se, quatenus comparent in iis primae musicae rationes *(οἱ τελειότεροι τῶν συμφωνιῶν λόγοι).* Quibus expositis obiter tantum pg. 96, 4 additur *ἐν οἷς ἀριθμοῖς καὶ τὴν ψυχὴν συνίστησιν ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ.* Facile vides auctorem simulasse Platonem illorum numerorum rationes musicas ad animam mundi generandam

non invenisse, sed inventas in usum vocasse. Quis hanc miram sententiam protulit? Quaerentibus respondet Proclus, cum dicit (in Tim. 193 D) *οἱ μὲν οὖν Πυθαγόρειοι μέγα φρονοῦσιν, ὡς τὴν τοῦ κανόνος κατατομὴν ἐν τούτοις* (scil. *τοῖς ἀριθμοῖς* 1. 2. 4. 8. 3. 9. 27) *παραδίδωσι* (scil. *ὁ Πλάτων*). Quis autem Pythagoreorum id est Neopythagoreorum tale quid contenderit, docet nos Porphyrius, qui e Moderati scriptis servavit haec (vit. Pyth. 53)[1]: *πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη καὶ ..., ὡς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς, τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ ... ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως* (scil. *τῶν Πυθαγορείων*) *καταχωρίσαι*. Moderatus ergo multa eorum, quae Plato et alii (imprimis scilicet de numeris eorumque rationibus) utilia ac feracia protulerant, Pythagoreis vindicabat[2]), Moderatum igitur sapiunt et haec, quae exhibet Theo de numeris. Atqui vidimus primam libri partem, quae et ipsa est de numeris, revocandam esse ad eundem Pythagorae sectatorem Gaditanum. Itaque, si vera est nostra coniectura, exspectare licet intercedere inter has libri partes aliquam necessitudinem. Et ita est. Primum, ut iam dixi, in extrema prioris fragmenti parte verbis *περὶ οὗ κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἀποδώσομεν* delegat auctor ad hanc, de qua agimus, partem, et rursus

[1]) Potest ambigi, utrum et haec sint Gaditani an ipsius Porphyrii, cum verbis *ἡ μὲν δὴ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία τοιαύτη τοῖς Πυθαγορείοις* Moderati fragmentum finiri videatur. Sed primum notabile est illud *ὡς φασὶν οἱ Πυθαγόρειοι,* quorum placita conscripsisse Moderatum modo dixit Porphyrius, tum in fine loci addit *ἀλλὰ ταῦτα* (quae modo narrata sunt) *μὲν ἀπέβη ὕστερον*. Dilucide igitur fatetur se haec praecepisse. Quod ut faceret qua re inductus est? Videlicet e fonte, e quo ea, quae praecedunt, hausit, id est Moderati opere, plura sumpsit quam quae ad tempus erant necessaria, id quod non raro evenit antiquis scriptoribus. Verba *ἡ μὲν δὴ περὶ τῶν ἀριθμῶν κτλ.* inseruerat, quod re vera iis, quae de numeris e Moderato attulit, hoc loco finem imposuerat (confer Zeller, III, 2, 129 adn. 1).

[2]) Moderatum etiam Platonis de materia dogma Pythagoreis attribuisse docet Simpl. phys. 230, 36 (Diels).

verbis *μονάς, ἐπειδὴ αὕτη ἀρχὴ πάντων . . . ὡς προείρηται* (pg. 194, 15) revocamur ad priorem partem, in qua sola hoc de monade dicitur[1]). Deinde non pauci inveniuntur loci simillimi, quos perspicuitatis causa sub uno conspectu tibi posui.

pg. 12, 21. *ὥστ' εἴη ἂν ἀρχὴ τῶν μὲν ἀριθμῶν ἡ μονάς*[2]) . . .	pg. 94, 15. *ἡ μονάς, ἐπειδὴ αὕτη ἀρχὴ πάντων ἀρτίων καὶ περιττῶν* . .
pg. 23, 9. *πρῶτοι μὲν ἁπλῶς καὶ ἀσύνθετοι οἱ ὑπὸ μηδενὸς μὲν ἀριθμοῦ, ὑπὸ μόνης δὲ μονάδος μετρούμενοι, ὡς ὁ γ' . . . λέγονται δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι γραμμικοὶ καὶ εὐθυμετρικοί* . . .	pg. 95, 17. *οἱ δὲ δεύτεροι πλευρὰν δύνανται ὅ τε β' καὶ ὁ γ', ὄντες ἀσύνθετοι καὶ πρῶτοι καὶ μονάδι μετρούμενοι καὶ φύσει εὐθυμετρικοί·*
pg. 24, 3. *καὶ οἱ λοιποὶ ἄρτιοι κατὰ τὰ αὐτὰ ὑπό τινων μειζόνων τῆς μονάδος ἀριθμῶν καταμετροῦνται, πλὴν τῆς δυάδος. ταύτῃ γὰρ μόνῃ συμβέβηκεν . . . τὸ ὑπὸ μονάδος μετρεῖσθαι μόνον.*	
pg. 33, 5. *πρώτη μὲν ἡ μονάς· αὕτη γάρ, εἰ καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ, δυνάμει πάντα ἐστίν, ἀρχὴ πάντων ἀριθμῶν οὖσα*[3]).	pg. 99, 24. *ἡ μὲν γὰρ μονὰς ἀρχὴ πάντων . . . ἀδιαίρετος καὶ δυνάμει πάντα* . . .
pg. 45, 10. *καὶ τέλειοι μέν εἰσιν οἱ τοῖς αὑτῶν μέρεσιν ἴσοι, ὡς ὁ τῶν ϛ' . . . ὅς ἐστι πρῶτος τέλειος*[4]).	pg. 102, 4. *ὁ δὲ ϛ' τέλειος, ἐπειδὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσίν ἐστιν ἴσος, ὡς δέδεικται.*
pg. 46, 12. *τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τῷ ι' συμβέβηκεν, ὃν καθ' ἕτερον λόγον τέλειον ἔφασαν οἱ Πυθαγορικοί* . . .	pg. 106, 7. *ἡ μέντοι δεκὰς πάντα περαίνει τὸν ἀριθμόν, ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὐτῆς, ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ*[5]) . . .

---

[1]) Pgg. 19, 21. 24, 23. 33, 5. 43, 10. Eadem ratio interest inter pgg. 45, 10 et 102, 4.

[2]) Confer pg. 24, 23.

[3]) Cfr. Anat. (pg. 29 Hbg.) *ἔτι, εἰ μὴ καὶ (εἰ κ. μ.?) ἐντελεχείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει, περισσή . . . τὰ ἄλλα πάντα.*

[4]) Cfr. Anat. (pg. 34 Hbg.) *ἑξὰς πρῶτος τέλειος ἀριθμός.*

[5]) Cfr. Anat. (pg. 39 Hbg.) *καλεῖται δὲ ἡ δεκὰς κράτος καὶ παντέλεια, ἐπεὶ πάντα περαίνει τὸν ἀριθμὸν περιέχουσα . . . κ. τ. λ.*

Quam arto cognationis vinculo coniungantur inter se hae Theonei libri partes, ex iis, quae exposui, luculentissime elucet, et magnopere hac re augetur nostrae suspicionis fides. Sed et recta via, ut ita dicam, quod conieci, possum aliquatenus comprobare et confirmare. Servavit enim Porphyrius Moderatei libri nonnulla frustula, quae, quamquam sunt perbrevia, tamen ad fidem faciendam iis, quae dixi, non prorsus inutilia sunt. Atque ea, quae dicuntur, de monade et dyade, etsi non refragantur, ad stabiliendam nostram coniecturam nihil valent. Tum autem haec habentur: *πάλιν γάρ ἔστι τι ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἔχον ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τελευτήν· κατὰ τοῦ τοιούτου εἴδους καὶ κατὰ τῆς τοιαύτης φύσεως τὸν τρία ἀριθμὸν κατηγόρησαν. διὸ καὶ πᾶν τὸ μεσότητι προσκεχρήμενον τριοειδὲς εἶναι φασίν* ... cum quibus conferas Theonis (pg. 100, 13) *ἡ δὲ δυὰς συνελθοῦσα τῇ μονάδι γίνεται τριάς, ἥτις πρώτη ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχει* ... Pergit Porphyrius *καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δ' ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος*, quibus procul dubio significat de ceteris quoque numeris egisse Moderatum [1]). Eorum denique, quae exscripsit de denario numero Porphyrius, cum simillima sint, nonnulla una cum Theoneis posui.

Porphyrii (Moderati).	Theonis.
Οὗτοι οὖν οἱ λόγοι, καθ' οὓς οἱ ῥηθέντες ἀριθμοὶ ἐτάγησαν[2]) *καὶ οἱ ἑξῆς, περιέχονται ὑπὸ μιᾶς τινος ἰδέας καὶ δυνάμεως. ταύτην δὲ δεκάδα· οἷον δεχάδα προσηγόρευσαν*[3]). *διὸ καὶ τέλειον ἀριθμὸν τὸν δέκα εἶναι λέγουσιν, μᾶλλον δὲ τελειότατον*[4]) *ἁπάντων, πᾶσαν διαφορὰν ἀριθμοῦ καὶ πᾶν εἶδος λόγου καὶ*	pg. 106, 7. *ἡ μέντοι δεκὰς ... ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὑτῆς, κ. τ. λ.*

[1]) Confer etiam, quod supra dixit *ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ὁ αὐτὸς λόγος. πᾶς γὰρ κατά τινων δυνάμεών τέτακται.*

[2]) Non est hic ponendum punctum, ut fecit Nauckius.

[3]) Cfr. Anat. (pg. 39 Hbg.) *καλεῖται δὲ καὶ δεχάδα παρὰ τὸ πάντα δέχεσθαι.*

[4]) Anat. (pg. 39) *καλεῖται δὲ ἡ δεκὰς κράτος καὶ παντέλεια, ἐπεὶ πάντα περαίνει ...*

Porphyrii (Moderati).	Theonis.
αναλογίαν ἐν ἑαυτῷ περιειληφότα. εἰ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς φύσις κατ' ἀριθμῶν λόγους κ. τ. λ.	

Quamquam fateor haud ita confirmari hac comparatione meam coniecturam, tamen hoc unum efficitur Moderatum enarrasse Pythagoreorum de numeris ariolationes. Quibus in explicandis tres novit ille rationes, quarum una monadem et dyadem, altera omnes deinceps numeros, tertia monadem solam omnium rerum ponebat principia[1]). Atque si fortasse idque tuo iure dixeris ea, quae exhibentur a Porphyrio, maxime convenire alteri rationi, Theonis autem auctorem sequi tertiam[2]), oppono per se esse veri simillimum Moderatum, quippe qui tres illas Pythagoreorum rationes tam accurate distinguat, in hoc ipso Pythagoricorum dogmatum corpore non unius rettulisse doctrinam, sed trium quamque brevi saltem in conspectu posuisse, id quod aliquatenus comprobatur eo, quod in prima Theonei libri parte, quam vindicavimus Moderato, saepius habetur illius tertiae ratio. Quodsi Porphyrius de Pythagorae eiusque discipulorum scribens vitis alteram tantum rettulit rationem, mirum esse non potest, siquidem Moderatus clare addiderat hanc esse amplexos primos Pythagoreos[3]) *(οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου)*. Qua autem causa commotus Theo maluerit sequi tertiam, inferius facile perspicies. Itaque omnibus, quae sunt exposita, accurate perpensis facere, puto, non poteris, quin adiudices hanc de numeris disputatiunculam eidem Moderato.

In ea parte, quam totam ex Adrasto sumptam esse supra diximus (pgg. 49,6—85,8), tamen legimus pg. 61: *ταυτὶ μὲν περὶ τῆς εὑρέσεως τῶν συμφωνιῶν· ἐπανέλθωμεν δὲ ἐπὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀδράστου παραδεδομένα. φησὶ γὰρ κ.τ.λ.* Apparet ea, quae proxime praecedunt, inserta esse ex

---

1) Theo pg. 20. cfr. Stob. ecl. I, 1, 9.
2) De qua re infra loquar.
3) Theo pg. 20, 7. cfr. Stob.

alio scriptore. Et primum quaeritur, ubi sit statuendum initium huius particulae inculcatae, quod esse pg. 56, 9 censuit Schmekelius[1]), ille quidem valde errans. Nam omnino non potuit fieri, ut in eodem libro continua disputatione tractata ea, quae sequuntur, legerentur. Qua de re ut tibi persuadeas, conferas velim, quae habentur pg. 57, 1—7 et pg. 59, 3—12. Eadem sunt, nisi quod altero loco de uno Pythagora dicuntur, quae altero distribuuntur singulis Pythagoreis. Et hac potissimum re cognoscitur altero loco (pg. 59) initium capere fragmentum ad alium scriptorem revocandum. Cum enim in iis, quae sunt Adrasti, nuda doctrina exponatur uno nominato Pythagora, hic historico ut ita dicam genere enarratur, quomodo singuli Pythagorei symphoniarum, quae dicuntur, rationes invenerint atque demonstraverint. Occurrunt in tam brevi fragmento cum numeri plurales *ἠξίουν λαμβάνειν οἱ μὲν ... οἱ δὲ ... οἱ δὲ ... ἐλάμβανον ... οἱ δὲ ἐπίεσαν, ... φασὶ ... ἀπεδίδοσαν* tum nomina Lasi, Hippasi, Eudoxi, Archytae. Plane igitur diversum disserendi genus habes. Et iam dudum, si meministi, cuius proprium sit eiusmodi genus enarrandi, tecum, puto, diiudicasti, de quo sit cogitandum auctore. Nempe de Moderato. Ei ergo et haec attribuamus. Atque cum verba *πάσας δὲ τὰς συμφωνίας περιέχει ἡ τετρακτύς κ. τ. λ.* (pg. 58, 13) cum iis, quae praecedunt proxime, omnino non cohaereant, id quod vidit Schmekelius[2]), in iis autem, quae ex eodem Moderato esse sumpta (pg. 93 sqq.) supra demonstravimus, et latius de quaternione, quem *τετρακτύν* dicunt Graeci, agatur et verbis *καὶ αἱ συμφωνίαι δὲ πᾶσαι κατ' αὐτὸν (τέσσαρα ἀριθμόν) συμπληροῦνται, ὡς ἐδείχθη* aperte revocemur ad haec verba (pg. 58, 13), dubium esse non videtur, quin hoc loco (pg. 58, 13) insertum Moderati fragmentum initium capere sit statuendum.

Longius me deduxit disputatio, sed non inutilis esse

---

[1]) l. l. pg. 411 adn.
[2]) l. l.

videtur, si modo ignoti fere scriptoris ampliora fragmenta e tenebris recte protraximus. Nunc redeo ad propositum.

IV. De Chalcidio.

Chalcidius, qui fuisse videtur sub finem saeculi quarti[1], Platonis Timaeo in latinum converso commentarium adiungit, quo „quae ei visa sunt in aliqua difficultate, sic interpretatus est, ut ea sola explanaret, quae incognitarum artium disciplinarumque ignoratione tegerentur“[2]. Quo in libro eandem fere de numeris commentationem invenimus, quae apud graecos scriptores nonnumquam iam nobis se obtulit. Postquam enim exposuit ex 1. 2. 4. 8. 3. 9. 27 numeris a Platone animam mundanam esse constitutam, pergit (XXXIV, pg. 99, 17): „Quaeritur hoc loco primo quidem, cur in tantum produxerit divisionem, ut septem constitueret limites“ etc. atque statim sibi dat responsum (XXXV, pg. 100, 6): „Etenim septem numerus laudatur a Pythagoreis ut optimus et naturalissimus et sufficientissimus“ etc. Sequuntur singuli numeri, non naturali, ut ita dicam, ordine, sed libero quodam, quippe qui disputatione procedente efficiatur. Atque quae de singulis proferuntur, summa, ut dixi, similitudine cohaerent cum iis, quae Anatolium, quae Philonem, quae alios de his rebus nobis servasse vidimus. Quod ut facilius perspicias, ex his quoque nonnulla una posui cum iis, quae praebet Anatolius.

Chalc. pg. 105, 16.	Anatol. pg. 29.
. . . ipsaque singularitas mens sive intellegentia vel ipse deus opifex intellegatur esse. Cum enim sit origo[4]) numerorum	*ἐκάλουν δὲ αὐτὴν οἱ Πυθαγόρειοι νοῦν εἰκάζοντες τῷ ἑνὶ αὐτήν, τῷ νοητῷ θεῷ*[3]) . . . *μονὰς προτέρα παντὸς ἀριθμοῦ, ἐξ ἧς πάντες, αὐτὴ*

[1]) Wrobel, edit. pg. IX.

[2]) Chalcid. IV (edit. Wr.)

[3]) Alex. in Metaph. pg. 39, 13 Hayduck: *νοῦν δὲ καὶ οὐσίαν ἔλεγον τὸ ἕν.*

[4]) Theo pg. 99, 24: *ἡ μὲν γὰρ μονὰς ἀρχὴ πάντων.*

Plut. de e Delph. 391 A: *ἀρχὴ μὲν γὰρ ἀριθμοῦ παντὸς ἡ μονάς.*

Alex. in Metaph. pg. 40, 17 Hayduck: *τῶν δὲ ἀριθμῶν τὴν μονάδα ἀρχὴν εἶναι, συγκειμένην ἔκ τε τοῦ ἀρτίου καὶ περιττοῦ.*

Chalcidii.

omnibusque ex se substantiam subministret

rationesque tam simplices quam multiplices ipsa contineat, ceteris numeris incrementis inminutionibusque mutatis atque ex propria natura recedentibus, sola inconcusso iure est atque in statu suo perseverat semper eadem, semper immutabilis ...

pg. 103, 22. rursus enim tria numerus alio quodam genere habetur optimus. primus enim et ante omnes perfectus est, habens initium, finem, medietatem, quibus crescunt corpora et iuxta quae corporea incrementa progrediuntur: quippe cum intervallum unum lineam faciat, duo superficiem, tria corpus indivisum atque individuum, quo nihil est perfectius. tria enim haec intervalla corpus absolvunt: longitudo, latitudo, soliditas. Certe tria primitus dicta sunt omnia; quod de duobus dici non potest.

pg. 101, 7. Deinde alia quoque septenarii numeri proprietas consideratur, quam ceteri numeri non habent: siquidem, cum alii numeri, qui finibus decimani numeri continentur, partim ipsi alios pariant, partim ab aliis pariantur, partim et pariant alios et pariantur ab aliis, solus septenarius numerus neque gignat ex se alium numerum infra decimanum limitem neque a quo-

Anatolii.

δὲ ὑπ' οὐδενός. διὸ καλεῖται γονὴ ὕλη οὖσα τῶν ἀριθμῶν·

ἔτι ... περισσή, ἀρτία, ἀρτιοπέρισσος, κύβος. κ. τ. λ.

ἀδιαίρετος, ἀδιάβλητος, μὴ ἐξισταμένη δὲ τῆς ἑαυτῆς φύσεως μηδ' ἐν πολλαπλασιασμῷ:

pg. 31. *τριὰς ... καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι πρῶτος τὰ πάντα σημαίνει ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος.*

pg. 35 (sub sept.). *διαστάσεις μῆκος, πλάτος, βάθος.*

pg. 31. *καλεῖται ... τέλειος, ὅτι πρῶτος τὰ πάντα σημαίνει*[1]) ...

pg. 35. *τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἐντὸς δεκάδος ὁ μὲν*

---

[1]) Theo pg. 100, 14: *πρώτη ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχει. διὸ καὶ πρώτη λέγεται πάντα εἶναι.*

Chalcidii.

quam ipse nascatur. Etenim duo duplicati pariunt etc.

solus septenarius numerus neque ... nec ... propterea que Minerva [1]) est a veteribus cognominatus, item ut illa sine matre perpetuoque virgo.

Naturalis vero atque optimus habetur idcirco, quia multa eorum quae naturae lege proveniunt, iuxta hunc numerum fieri notantur. Principio septimani partus[3]) ante ceteros legitimi sunt in generis humani fetibus. deinde quod post partum septimo mense dentes aguntur[4]), septimo deinceps anno mutantur. idem quoque secunda hebdomade pubertatem adfert utrique sexui gignendique et pariendi maturitatem. tertia vero hebdomade ostentat se flos et lanugo circa genas.

quarta vero hebdomade definiuntur incrementa staturae.

quinta plenam iuvenilis aetatis adfert perfectionem.

In aegritudinibus quoque iuxta eundem numerum motus fieri usus experientiaque docuit, et Hippocrates cum saepc alias in plerisque libris suis tum etiam

Anatolii.

δ' ὑπὸ δυάδος γεννᾶται κ. τ. λ.

ἑβδομὰς[2]) μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος οὐ γεννᾷ οὐδὲ γεννᾶται ... διὸ καλεῖται ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων παρθένος ἀμήτωρ.

pg. 36. πάντα φιλέβδομα.

pg. 35. γόνιμα γὰρ τὰ ἑπτάμηνα.

pg. 37. παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτὰ ἔτεσι.

τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτὰ ἐνιαυτούς, ἥβης δ' ἐξεφάνη σήματα γινομένης.

τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων λαχνοῦται χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.

τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδεσσιν ἄριστος ἰσχύν, ᾗ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσι ἀρετῆς.

πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα κ. τ. κ.

pg. 35. ἐν νόσοις ἐπιδηλοῖ ἡ ἑβδομάς.

---

1) Theo pg. 103, 3: διὸ καὶ Ἀθηνᾶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐκαλεῖτο, οὔτε μητρός τινος οὖσα οὔτε μήτηρ.

2) Ordinem rerum sequor Calcidianum.

3) Alex. in Metaph. pg. 38, 17 Hayduck: δοκεῖ γὰρ τὰ φυσικὰ τοὺς τελείους καιροὺς ἴσχειν καὶ γενέσεως καὶ τελειώσεως κατὰ ἑβδομάδας, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου. καὶ γὰρ τίκτεται ἑπταμηνιαῖα, καὶ ὀδοντοφυεῖ τοσούτων μηνῶν, καὶ ἡβάσκει περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, καὶ γενειᾷ περὶ τὴν τρίτην.

4) Cfr. Theo. pg. 104, 5 sqq.

Chalcidii.	Anatolii.
in iis evidenter, quos de Hebdomadibus instituit. Dinumerantur quoque sensuum omnium, qui sunt in capite, septem meatus: oculorum, aurium, narium atque oris.	pg. 36. κεφαλὴ χρῆται πόροις ζ', ὀφθαλμοῖς δύο, ὠσὶ δύο, μυκτῆρσι δύο, στόματι.
Vitalia quoque paris numeri: lingua[1]), pulmo, cor, lien, hepar, duo rienes.	σπλάγχνα ζ', στόμαχος, καρδία, πνεύμων, ἧπαρ, σπλήν, νεφροὶ δύο.
Vocalium quoque litterarum numerus idem, ex quibus consonantium confragositas levigatur.	φωνήεντα ζ', αεηιουω.
Lunae quoque crescentis et senescentis multiformis illa transfiguratio in eodem numero notatur: siquidem de obscura crescente lumine fit bicornis, dehinc sectilis, dehinc dimidiata maior, dehinc plena. retrorsumque maior dimidiata, sectilis, bicornis.	αὐτῆς σελήνης φάσεις ζ', δὶς μηνοειδής, δὶς διχότομος, δὶς ἀμφίκυρτος ἅπαξ πανσέληνος.
Quid quod in mundo septem sunt planetes ...	πλανῆται ζ'.

Potui plura exhibere, licet non de omnibus numeris disputet Chalcidius, sed prorsus haec, quae posui, satis sunt multa ad tollendam omnem dubitationem, quid sit iudicandum: nempe Chalcidius et Anatolius ad eundem fontem primum sunt referendi. Atque quaeritur hic, e quonam auctore sua hauserit Chalcidius. Ipse de hac re nihil indicat. Tamquam suo iudicio, quae sibi viderentur intellectu difficilia, esset explicaturus, in prolegomenis (IV, pg. 71, 12 Wrobel) de proposito disserit. Sed cum iam ipse facile suspiceris non ipsius Chalcidii esse, quae proferuntur, tum Martinus[2]) vidit haud exiguam partem eorum congruere cum iis, quae ex Adrasto servavit Theo Smyrnaeus[3]), id quod ita explicabat Martinus, ut Chalcidium e Theoneo libro has expositiones transtulisse censeret.

---

[1]) Theo pg. 104, 15: καὶ σπλάγχνα ἑπτά, γλῶσσα, καρδία κ. τ. λ.
[2]) Theo, de astron. pg. 18.
[3]) In libro iam tractato.

Sed E. Hiller luculentissime demonstravit[1]) non Theone sed Adrasto ipso usum esse Chalcidium, quod mihi valde probatur. Quae contulit cum Theonis libello Martinus, sunt de astronomia, quibus nihil efficitur ad nostram disquisitionem. Sed non solum in his concordant scriptores; iam inde a cap. XLIV., ubi de arte musica agitur, initium capit ille concentus, ut Hiller iam animum advertisse videtur[2]). Cum autem hac de re nemo, quod sciam, accuratius egerit, ego, quae capita congruere videntur, breviter indicavi.

Chalcidii pg. 110, 8—23 ad verbum congruunt cum Theonis pg. 49, 6—50, 2.

Chalcidii pg. 110, 23—111, 16 concordant cum Theonis pg. 50, 4—51, 20.

Sequuntur nonnulla apud Theonem ex Adrasto et ipsa sumpta interioris musicae disciplinae, quae non habentur apud Chalcidium, tum

huius pg. 111, 17—112, 19 ad verbum fere congruunt cum Theonis pg. 56, 9—57, 10.

Explicat deinde Theo sive Adrastus uno exemplo *(διὰ τοῦ μήκους τῶν χορδῶν)*, quod brevissime significat *διὰ τῆς ἐξαρτήσεως τῶν βαρῶν* Chalcidius. Sequitur (pg. 58, 13—61, 17) apud Theonem pars, quam non esse Adrasti demonstravi. Qua finita statim

Chalcidii pg. 113, 1—114, 19 ad verbum fere congruunt cum Theonis pg. 62, 4—63, 24.

Iterum adiungit Theo (pg. 63, 25—66, 11) disputationem interioris musicae disciplinae, quam Chalcidius ut antea omittit. Eorum autem, quae porro leguntur apud illum (pg. 66, 12—67, 15), summam etiam apud Chalcidium (pg. 115, 6—116, 2) invenimus. Sequitur insigne Chalcidianae inscientiae atque ignorantiae documentum (pg. 116, 12—118, 3). Manifestum enim est Chalcidium omnino non

---

1) Mus. Rhen. 26. pg. 582 sqq.

2) l. l. pg. 583: „quamquam non recte eius tantummodo partis, qua astronomia tractatur, M. rationem habuit".

intellexisse, quem in finem is, quem compilat, excogitaverit illos numeros (scil. ut demonstraret diatessaron symphoniam constare e duobus tonis et limmate, quod invenitur comparatis inter se 243 et 256). Nam exhibet numeros, quibus hoc efficitur, 192, 216, 243, 256, quos etiam Theo affert. Quorum trium priorum rationibus explicatis hic addit (pg. 68, 12) alios scriptores duplicibus uti limitibus ita, ut primus esset numerus 384 (2×192). Eundem numerum Chalcidius iam antea inseruerat inepta addita causa (pg. 116, 19): „Sed quia epogdoi rationem discutere instituimus, adhibeo alium limitem distantem ab eo, duplicem eius qui est in summa, trecentos octoginta quattuor“, sed in iis, quae sequuntur, eius nulla fit mentio. Nimirum putabat Chalcidius numerum, qui quid sibi vellet non intellegebat, sibi non esse praetermittendum. Sequuntur, ut iam dixi, numeri 192, 216, 243, 256, sed tum, quasi esset suum numeros epogdoos efficere, ponit 256, 288, 324, 364 ½, quos numeros inter se ratione epogdoa esse coniunctos facile intellegis. Quibus sine causa — si nuda Chalcidii verba consideramus — positis tamquam aliquid novi tractatur ratio, quae intercedit inter 243 et 256, unde totam disputationem initium exordiumque capere e Timaeo ipso edocemur. Idem est hoc, quod Theo explicat pg. 69, 12 hic quidem ita, ut intellegamus, qua de causa hoc explanetur. E tota hac Chalcidii expositione manifesto elucet, quam fuerit ille intellegens rerum, quas magna cum gravitate tamquam suas profert. Si enim accuratius disquirimus eius verba, cognoscimus illos numeros, quos sine causa esse positos dixi, minime esse supervacaneos, immo necessarios. Perlegas modo haec (pg. 115, 11): „Deinde ait epogdoi spatiis epitrita compleri omnia. hoc est etiam illa epitrita, quae sunt in sescuplaribus numeris. nam et in his epitrita ratio continetur, propterea quod epogdoa subputatione maior est sescuplaris numerus epitrito numero, id est uno tono.“ Iam vides, quid sibi velint illi numeri. Auctor, quem compilat Chalcidius, non solum diatessaron symphoniae sed etiam diapente rationes exposuerat. „Ex

duabus autem primigenis cantilenis diatessaron et diapente constat diapason symphonia, cuius ratio in duplici quantitate posita invenitur" (Chalc. pg. 113, 2). Quare, quoniam 192 numerum primum esse e Platonis verbis consentaneum est, statim, quod diapason symphonia „in duplici quantitate posita invenitur", posuerat duplicem primi i. e. 384. Quibus statutis reliquos rationibus postulatis scilicet epogdoi, epitri, sescuplaris, limmatis, accommodatos numeros effecerat et explanaverat, id quod descriptione a Chalcidio addita comprobatur.

Sequuntur (pg. 119—123, 5) nonnulla ad animam mundi pertinentia a Theone, quippe quae certum Timaei locum illustrent, omissa, quae concluduntur doctrina quadam „sectae sanctioris" i. e. iudaicae, quae est de procreatione hominis.

Instituitur a Chalcidio tum nova disputatio (pg. 123 sqq.), qua agitur de stellis ratis et errantibus. Quam usque ad pg. 162, 10 congruere cum iis, quae leguntur apud Theonem pg. 120—198, 8 ex Adrasto sumpta, iam vidit Martinus. Itaque exceptis iis, quae exhibet Theo pg. 72 sqq. de rationibus, de proportionibus, de medietatibus, quae sunt interioris mathematicae disciplinae, omnia habet continua Chalcidius, quae Adrasti esse Theo ipse profitetur.

At vero quam arte atque anxie presserit per quadraginta quinque ferme capita auctoris sui, cuius expositiones minime intellexit, vestigia Chalcidius, cognovimus[1]). Itaque de reliquis libri capitibus duplex est coniectura. Nam cum nemo, qui, quam intellegens atque sui iudicii fuerit Chalcidius, viderit, futurus sit, qui affirmet ipsum illum ad singulos Platonicos locos illustrandos haec, quae affert, conquisivisse, aut ex eodem Adrasto eum etiam reliqua deprompsisse — quod, cum liber esset destinatus lectoribus

[1]) Quod ad illustrandum etiam valet, quod saepe Chalcidius in textu quem dicunt et commentario eadem Platonis verba diversis reddit vocabulis, quod explicare non possumus nisi statuimus prius vertisse illum dialogum ipsum, postea, cum commentarios transferebat, etiam Platonis verba inserta denuo convertisse.

linguae Gracae ignaris, facere potuit nullus timens, ne furtum deprehenderetur — ponamus necesse est aut ex alio quodam in eundem Platonis dialogum commentario addidisse. Quamquam enim singulis commentarii partibus propriae praeponuntur inscriptiones, tamen re vera non sunt hae partes finitae aut uniuscuiusque doctrinae quasi orbes, sed omnes versantur in singulis deinceps dialogi locis explicandis. Si igitur sumpta essent alia ex alio, necessario diversas vel contrarias inter se legeremus disciplinas. Iam vero demonstrabo in tota hac Chalcidiani operis parte unius eiusdemque pellucere sectae doctrinam, argumenta, disputandi rationes, scilicet scholae Aristotelicae [1]). Itaque ad unum auctorem eumque Peripateticum omnia esse revocanda — paucis exceptis —, quae habet Chalcidius pg. 162, 12 sqq., constare videtur.

Nunc iam eorum, quae habeo ad firmandum, quod contendi — Aristotelicam proferri doctrinam — gravissima quaeque exponam.

Primum universa haec pars referta est notionibus Aristotelicis (genus — species, possibilitate — effectu, diversum — contrarium etc.), tum

Pg. 164—165 docet Chalcidius mundum esse „animal intellegens eiusque partes dexteras esse eas, in quibus est initium motus“ id est in eois, quem sententiarum ordinem Aristotelis esse notum est [2]).

Pg. 197, 6 definitio daemonum iusta disciplina formata indicat Aristotelis sectatorem. Confer etiam pgg. 211, 19. 214, 25. 237, 13 etc.

Pg. 203, 9 — 229, 2 (cpp. 143 — 180) concordare cum Pseudo-Plutarchei libri de fato capitibus 1—9 demonstravit Gerckeus [3]) atque coniecit tertio comparato Nemesio tres hos scriptores ex uno auctore eoque alterius p. Chr. n.

---

[1]) Quomodo sit explicandum, quod nonnunquam inclinare videtur auctor ad Stoicorum dogmata, inferius videbimus.

[2]) Zeller II, 2, 457. Boeckh, Das kosm. System des Plato pg. 114—115, ubi Chalcidiani loci mentio fit.

[3]) Mus. Rhen. 41, pg. 270 sqq.

saeculi Platonico sua deprompsisse, quam temporis definitionem optime quadrare ad nostram coniecturam infra videbis. Eundem Gerckeum non fugit logicam quam dicunt artem adhibuisse auctorem Aristotelicam. Sed quod gravius est, liberum hominis arbitrium contra Stoicos in tota hac disquisitione strenue contenditur atque defenditur, nonnumquam iisdem argumentis, quibus usus est Aristoteles [1]), item mundum esse aeternum, quod primus docuit idem Aristoteles [2]), affirmatur [3]) (pg. 207, 15 cfr. pg. 300, 23). Porro quae disseruntur de iis, quae casu fieri dicuntur (pg. 213, 17 sqq.), consentiunt cum Stagiritae doctrina [4]).

Pg. 236, 2 legitur viri corpus esse calidius et densius, feminae frigidius et rarius, quod dogma proprium est Aristotelis [5]).

Postquam pg. 251—257 diversas de anima opiniones Aristotelis morem secutus breviter adumbravit, deinde pg. 257—263 amplissime egit de Aristotelis sententia [6]), profert auctor eiusdem decem, quae dicuntur, categoriis tamquam in omnium usu versatis usus (cfr. pgg. 343. 360) temperatam quandam sententiam, qua in explicanda ea, quae ullo modo coniungi possunt cum Platonis verbis, magistri praecepta tuetur. Ita, quod gravissimum est, animam rationis expertem, cuius virtutes ἐν ϑώρακι posuerat Plato, Aristotelem secutus tribuit cordi [7]).

---

[1]) Eth. III, 7, 1113 sqq.

[2]) Zeller II, 2, 357 sqq.

[3]) Quodsi putat Gerckeus pg. 206 (cap. 148) doceri stoicam illam apocatastasin, graviter errat. Unum concedo illam Stoicorum de apocatastasi opinionem hoc loco causam fuisse huius de anno vertente disputationis, id quod accuratius exponendi hic non est locus.

[4]) Zeller II, 2, 334 sqq. Imprimis confer Chalc. pg. 214,15—215,15.

[5]) Zeller II, 2, 530.

[6]) De anima II, 1 sqq.

[7]) Quomodo possit explicari, quod pg. 273 Peripatetici adnumerantur iis, „qui radii effusione visum operari putant", equidem nescio, nisi putaveris unum e posterioribus Peripateticis suo magis

Pg. 295, 14 philosophia more Aristotelico dividitur in philosophiam considerativam et activam, rursus considerativa in theologiam, mathematicam, physicam [1]).

Pg. 310, 23 de materia disputaturus praemittit Chalcidius brevem conspectum praecipuarum de illa sententiarum, quem mutuatus est ex Aristotelis Metaph. I, 3, 982b, 20 [2]). Sequuntur liberius transscripta, quae exponit Aristoteles in Phys. l. I c. 8, quibus satis accurate versum additur Phys. l. I c. 9. Quibus latius explicatis Stoicorumque et item Pythagorae de materia dogmatibus enarratis conatur auctor, postquam Aristotelicis concludendi rationibus Platonicas dei, silvae, exempli notitiones exprompsit, inde a pg. 336 etiam Platonicam de materia sententiam interpretari. Atque mirum quantum congruit cum Aristotelica definitione. Esse enim contendit materiam (pg. 337 sqq.) Platonem sequi se ratus [3]) possibilitate omnia et habere possibilitate omnes qualitates et esse infinitam, non re vera, sed quae non possit „aliquo limite circumiri“, eandem esse neque corpoream nec incorpoream, quae omnia plenam Aristotelis continere doctrinam facile vides [4]). Adde quod haec omnia efficiuntur Aristotelicis argumentis ut pg. 341 (cfr. 357, 7) singulis elementis binae vindicantur qualitates [5]), pg. 343 decem categoriae tamquam omnibus probatae in usum vocantur.

Eodem modo ea, quae disputantur deinceps (pg. 360 sqq.) de ideis Platonicis, magis Aristotelico quam Platonico accommodata sunt ingenio [6]).

---

iudicio usum hoc docuisse. (Simpl. de coelo 602, 5 [Heiberg]: *Θεόφραστος μὲν ἀπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρώπου φλόγα ἐκκριθῆναι ἱστορεῖ*, quibuscum conferas Aet. plac. IV, 13.)

1) Metaph. V, I, 1025 – 26.

2) Diels Dox. Gr. pg. 170 adn. 1.

3) Pg. 344, 21: „Iam cum omnia, quae propositum erat recensere, perspicaci consideratione decursa sint iuxta Platonici dogmatis auctoritatem . . .“

4) Zeller II, 2, 313 sqq.

5) Zeller II, 2, 443—45.

6) Pg. 361, 20 comparandi gratia mentio fit simulacri cuiusdam

Procul dubio igitur fuit addictus scholae Peripateticae ille, quem exscripsit in hac commentarii parte Chalcidius. Atque cum viderimus in illis, quae praecedunt, quadraginta quinque fere capitibus vestigia pressisse eum Adrasti Peripatetici, cumque cognoverimus, quam fuerit intellegens rerum prolatarum, cum denique eodem tenore eodemque disserendi genere prolata sine ulla, quae quidem possit discerni, sutura adiungantur ea, de quibus agimus, quid conicis facilius, quid veri similius quam haec quoque vindicanda esse eidem Adrasto. Et hoc aliquatenus potest confirmari ac comprobari. Pg. 170, 7—19 enim, quod ad sensum, plane congruunt cum iis, quae ex Adrasto deprompta legimus Theonis libri pg. 187, 13—188, 7, item pg. 175, 11—179, 15. Adrasti esse veri simillimum fecerunt Martinus et Hiller. Itaque usque ad pg. 179, 15 minimum Adrastum esse expressum a Chalcidio constat, de reliquis capitibus adeo constare videtur, ut mihi quidem constet.

Nunc breviter etiam ea, quae ipsum Chalcidium addidisse censeo, perstringam. Huc pertinent omnes loci, qui sumpti sunt e sacris Iudaeorum et Christianorum scriptis, quos ab illo ipso esse insertos e nonnullis eorum clare elucet. Nam ut praetermittam, quod inscite plerumque assuti hi panni satis absurdi videntur inter antiquorum philosophorum placita, in his solis adloquitur auctor Hosium, cuius iussu opus confecit, ut pg. 191, 8: „quae tibi multo melius sunt comperta quam ceteris“ et pg. 196, 6: „ut optime nosti“. Non minus facile alio loco (pg. 254, 18) sentimus ab ipso compilatore hoc esse adlatum, cum

---

Iovis Capitolini eburnei. Cum neque de Apollonio artifice neque de hac statua quidquam certi sit traditum (Pauly-Wissowa sub. Apollonio 122), non temerarium est conicere utrumque fuisse satis ignotum. Quid ergo commovit Chalcidium, hanc imaginem ut afferret? Nimirum in exemplari, quo usus est ille, auctor adhibuerat illud clarissimum Phidiae opus Olympiae cultum, quod Chalcidius, cum meminisset Romae esse simile quid, hoc modo mutavit, quo magis persuaderet lectori suum ipsius esse opus, id quod iam in prooemio mentitur.

Hebraeorum doctrina explicata mirum quam acute atque intellegenter addit: „Quae omnia nobis adversum Empedoclea quoque dicta sunt".

Pg. 323, 28 inveniuntur haec: „Nunc iam Pythagoricum dogma recenseatur. Numenius ex Pythagorae magisterio Stoicorum hoc de initiis dogma refellens Pythagorae dogmate" etc. Ac primum mira est illa tumide inducendi ratio [1]), qua nullo alio loco usus est auctor, tum legentes, quae exponit, facile intellegimus ea omnino aliena esse a commentario ad Timaeum explicandum composito, sed sumpta esse e libro quodam Numenii, quo Stoicorum de materia indifferenti sententia acriter impugnabatur, quod denique recte nos collegisse manifestum fit Numenii ipsis verbis (pg. 327, 2): „Itaque si deus eam correxit, ut in Timaeo loquitur Plato", quippe e quibus luce clarius elucet Chalcidium, ut solent compilatores, ea transscripsisse non considerantem, quomodo illa temperando redderet idonea ad suum propositum [2]). Quae praeter haec perpauca e sua litterarum copia nonnumquam parum feliciter (ut pg. 297, 19) addidit Chalcidius, afferre praetermitto.

Restat, ut etiam de iis, quae causam ansamque dederunt huius disquisitionis, id est iis, quae profert Chalcidius de ortu animae (pg. 91—106) et praeterea de genitura mundi (pg. 74—91), pauca loquar. Atque ea pars, quae est de ortu animae, tam arte cohaeret cum iis, quae Adrasti esse docet Theo, ut nullo modo possit separari, et insuper Adrasteam hic reddi explicandi rationem iam dudum Procli quodam loco nixus demonstravit Hiller [3]);

---

[1]) Cui concinit, quod in hac brevi dissertatione ter advocatur Numenii auctoritas. Videtur Chalcidius non posse sibi satisfacere in ostentando, quam gravissima sint haec, scilicet quae ipse indagavit.

[2]) Etiam ea, quae capp. 100—101 (pg. 328, 12—329, 24) continentur, Numenio adiudico. Nam in his quoque beneficae divinae at malignae silvestris animarum fit mentio, quae doctrina est Numenii, praeterea in hac parte sola occurrit nomen Platonicorum.

[3]) l. l. Quodsi in hac Chalcidii disputatione invenitur pronuntiatum: „Quod in hoc solo libro facere animadvertitur" etc.

sed etiam ea, quae praecedunt (de genitura mundi), fluxisse e fonte Peripatetico compertum habebit, qui vel parum diligenter ea percurrerit. Quamquam enim aperte loquitur Plato de genitura mundi, tamen subtilibus iisque peripateticis argumentationibus efficitur mundum sensilem esse aeternum, id quod Aristotelem docuisse notum est.

Ergo fere totum Chalcidii opus potius est Adrasti [1]) atque hac de causa minime dignum, quod tam parvi aestimetur. Imprimis non pauca insunt, quibus angeatur scientia philosophiae illius aetatis, dico Adrasti, de qua paucissima comperta habemus.

V. De Macrobio.

In eam partem Ciceronis de re publica libri, quam vulgo proprie „Somnium Scipionis" nuncupant, nobis sunt servati duo libri commentariorum compositi a Macrobio, qui floruisse videtur circa annum 410 [2]). Quibus in commentariis disserit auctor de numeris eodem modo, quo Anatolius, Theo, alii, de quibus iam egimus. Sed quid multa? Exscribam hic nonnulla, ut ipse possis comparare atque iudicare.

Macrob. I, VI, 7.	Anatol. pg. 29.
unum autem, quod *μονάς* id est unitas dicitur, et mas idem et femina est, par idem atque impar, ipse [3]) non numerus sed	*ἔτι, εἰ καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει, περισσή, ἀρτία, ἀρτιοπέρισσος . . . τὰ ἄλλα πάντα.* *μονὰς* [4]) *προτέρα παντὸς ἀριθμοῦ,*

(pg. 91, 11), tam stultum est, ut non dubitem hoc ipsi Chalcidio tribuere.

[1]) Consentit quod effecimus cum Krollio (Pauly-Wissowa) scribente: „Er (Chalc.) hat für seine Zeit gut übersetzt, aber auch nur übersetzt, abgesehen von der Zufügung biblischer und römischer Beispiele. Seine Quellen sind durchaus vorplotinisch und werden unter den Platonikern des 2 ten Jahrhunderts und ihrem Anhang zu suchen und zu finden sein."

[2]) Pauly, Realencycl. sub Macrobio.

[3]) Anatol. pg. 33: *ἡ γὰρ μονάς, εἰ καὶ περισσή, ἀλλ' οὐκ ἀριθμός.*

[4]) Ordinem sequor Macrobianum.

Macrobii.	Anatolii.
fons et origo numerorum. haec monas initium[1]) finisque omnium neque ipsa principii aut finis sciens[2]) ad summum refertur deum eiusque intellectum a sequentium numero rerum et potestatum sequestrat, nec in inferiore post deum gradu frustra eam desideraveris. haec illa est mens ex summo enata deo, quae vices temporum nesciens in uno semper, quod adest, consistit aevo, cumque utpote una non sit ipsa numerabilis, innumeras tamen generum species et de se creat et intra se continet.	*ἐξ ἧς πάντες . . . διὸ καλεῖται γονὴ ὕλη οὖσα τῶν ἀριθμῶν* *ἐκάλουν δὲ αὐτὴν οἱ Πυθαγόρειοι νοῦν εἰκάζοντες τῷ ἑνὶ αὐτήν, τῷ νοητῷ θεῷ . . .*
I, VI, 43. item nullus sapientum animam ex symphoniis quoque musicis constitisse dubitavit. inter has non parvae potentiae est, quae dicitur *διὰ πασῶν*. haec constat ex duabus, id est *διὰ τεσσάρων* et *διὰ πέντε*, fit autem *διὰ πέντε* ex hemiolio, et fit *διὰ τεσσάρων* ex epitrito, et est primus hemiolius tria, et primus epitritus quattuor . . . ergo ex his duobus numeris constat *διὰ τεσσάρων* et *διὰ πέντε*.	pg. 32. *οὐ μόνον δὲ τὸν τοῦ σώματος ἐπέχει λόγον ἐν ἀριθμοῖς τετράς, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ψυχῆς· ὡς γὰρ τὸν ὅλον κόσμον φασὶ κατὰ ἁρμονίαν διοικεῖσθαι, οὕτω καὶ τὸ ζῷον ψυχοῦσθαι, δοκεῖ δὲ τέλειος ἁρμονία ἐν τρισὶ συμφωνίαις ὑφεστάναι, τῇ διὰ δ', ἥτις ἐν ἐπιτρίτῳ κεῖται λόγῳ, τῇ διὰ ε' ἐν ἡμιολίῳ, τῇ διὰ πασῶν ἐν διπλασίονι. ὄντων δὲ ἀριθμῶν τεττάρων τῶν πρώτων α' β' γ' δ', ἐν τούτοις καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἰδέα περιέχεται κατὰ τὸν ἐναρμόνιον λόγον, ὁ μὲν δ' τοῦ β' καὶ ὁ β' τοῦ α' διπλάσιος, ἐν ᾧ κεῖται ἡ διὰ πασῶν συμφωνία, ὁ δὲ γ' τοῦ β' ἡμιόλιος περιέχων αὐτὸν καὶ τὸ ἥμιου τὴν διὰ πέντε συμφωνίαν ὑποβάλλει, ὁ δὲ δ' τοῦ γ' ἐπίτριτος, ἐν ᾧ ἡ διὰ δ' συμφωνία.*
I, VI, 12. senarius vero . . . primum . . . solus ex omnibus	pg. 34. *ἑξὰς πρῶτος τέλειος ἀριθμός. τοῖς γὰρ αὐτῆς μέρεσιν ἀριθ-*

[1]) Theo. pg. 99, 24: *μονὰς ἀρχὴ πάντων . . .*
[2]) Confer Chalcid. pg. 104, 24 sqq.

Macrobii.	Anatolii.
numeris, qui intra decem sunt, de suis partibus constat. habet enim medietatem et tertiam partem et sextam partem et est medietas tria, tertia pars duo, sexta pars unum, quae omnia simul sex faciunt. habet et alia suae venerationis indicia etc.	*μεῖται α′ β′ γ′, ἃ ποιεῖ τὸν ϛ′· ἅπαξ ϛ′ ϛ′, δὶς γ′ ϛ′, τρὶς β′ ϛ′. πρῶτος σύγκειται ἐξ ἡμίσεος, τρίτου, ἕκτου.*
I, VI, 11. huic autem numero, id est septenario, adeo opinio virginitatis inolevit, ut Pallas[1] quoque vocitetur. nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum: Pallas ideo, quia ex solius monadis fetu et multiplicatione processit, sicut Minerva sola ex uno parente nata perhibetur.	pg. 35. *ἑβδομὰς μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος οὐ γεννᾷ οὐδὲ γεννᾶται ὑπ' ἄλλου ἀριθμοῦ πλὴν ὑπὸ μονάδος· διὸ καὶ καλεῖται ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων παρθένος ἀμήτωρ.*
I, VI, 36. nec non omnium corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas: termini adnumerato effectu ultimo quattuor, punctum linea superficies et ipsa soliditas.	*ἔτι ἑβδομὰς ἐκ τῶν διαστάσεων καὶ τῶν τεσσάρων περάτων συνεστῶσα δείκνυσι σῶμα καὶ τὸ ὀργανικόν· πέρατα μὲν σημεῖον, γραμμή, ἐπιφάνεια, πάχος, διαστάσεις δὲ μῆκος, πλάτος, βάθος·*
I, VI, 45. hic numerus *ἑπτάς* nunc vocatur antiquato usu primae litterae, apud veteres enim *σεπτάς* vocitabatur, quod Graeco nomine testabatur venerationem debitam numero.	Philo. de op. pg. 47, 1. *διό μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφημίσαντες ἅτε σοφοὶ καλέσαι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν σεβασμοῦ καὶ τῆς προσούσης σεμνότητος· Ρωμαῖοι*

---

[1]) Theo pg. 103, 3: *διὸ καὶ Ἀθηνᾶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐκαλεῖτο* ... confer Chalc. pg. 102, 10. Alex. in Metaph. pg. 39, 4 Hayduck: David, Proleg. philos. pg. 53, 21 Busse: *Ἀθηνᾶ δὲ λέγεται (ἡ ἑβδομάς), ἐπειδὴ ὥσπερ μυθεύουσιν τὴν Ἀθηνᾶν παρθένον εἶναι καὶ ἀμήτορα (ἐκ τῆς κεφαλῆς γὰρ τοῦ Διός, ὡς μυθεύουσιν, ἐξῆλθε), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς μόνος ἐκ τῶν ὄντων ἐντὸς τῆς δεκάδος οὔτε τίκτεται κατὰ πολλαπλασιασμὸν ἐξ ἄλλου ἀριθμοῦ οὔτε τίκτει κ. τ. λ.*

Macrobii.

nam primo omnium hoc numero anima mundana generata est, sicut Timaeus Platonis edocuit. monade enim in vertice locata terni numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt[1]) etc.

... septem quoque vagantium sphaerarum ordinem illi stelliferae et omnes continenti subiecit artifex fabricatoris providentia, quae et superioris rapidis motibus obviarent et inferiora omnia gubernarent.

lunam quoque quasi ex illis septimam numerus septenarius movet, cursumque eius ipse dispensat. quod cum multis modis probetur, ab hoc incipiat ostendi. luna octo et viginti prope diebus totius zodiaci ambitum conficit. ... huius ergo viginti octo dierum numeri septenarius origo est. nam si ab uno usque ad septem quantum singuli numeri exprimunt, tantum antecedentibus addendo procedas, invenies viginti octo nata de septem ... similibus quoque dispensationibus hebdomadum luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. primis enim septem

Philonis.

δὲ καὶ προστιθέντες τὸ ἐλλειφθὲν ὑφ' Ἑλλήνων στοιχεῖον τὸ Σ τρανοῦσιν ἔτι μᾶλλον τὴν ἔμφασιν, ἐτυμώτερον σεπτεμ προσαγορεύοντες ἀπὸ τοῦ σεμνοῦ, καθάπερ ἐλέχθη, καὶ σεβασμοῦ.

Anat. pg. 36. Πλάτων ἐξ ἑπτὰ ἀριθμῶν συνέστησε τὴν ψυχὴν ἐν Τιμαίῳ.

pg. 36. πλανῆται ζ΄.

Philo, pg. 42, 15. Οἵ γε μὴν πλάνητες, ἡ ἀντίρροπος στρατιὰ τῆς τῶν ἀπλανῶν ... πλείστην ἐπιδεικνύμενοι συμπάθειαν πρὸς ἀέρα καὶ γῆν. κ.τ.λ.

Anat. pg. 37. ἀπὸ μονάδος συντεθεὶς ὁ ζ΄ ποιεῖ τὸν κη΄ .. ἡμέραι σελήνης κη΄[2])

καθ' ἑβδομάδας συμπληρωθεῖσαι. Idem accuratius Theo. pg. 103, 19[3]) μὴν δὲ καθ' ἑβδομάδας τέσσαρας συμπληροῦται, τῇ μὲν πρώτῃ ἑβδο-

---

[1]) Confer Chalcid. pg. 105, 12.

[2]) Explanatius hoc refert Philo pg. 37, 7.

[3]) Confer etiam Philo. pg. 37, 14.

Macrobii.

usque ad medietatem velut divisi orbis excrescit, et *διχότομος* tunc vocatur, secundis orbem totum renascentes ignes colligendo iam complet et plena tunc dicitur, tertiis *διχότομος* rursus efficitur, cum ad medietatem decrescendo contrahitur, quartis ultima luminis sui diminutione tenuatur. septem quoque permutationibus, quas *φάσεις* vocant, toto mense distinguitur: cum nascitur, cum fit *διχότομος*, et cum fit *ἀμφίκυρτος*, cum plena, et rursus *ἀμφίκυρτος*, ac denuo *διχότομος*, et cum ad nos luminis universitate privatur. *ἀμφίκυρτος* est autem, cum etc. . . . sol quoque ipse, de quo vitam omnia mutuantur, septimo signo vices suas variat. nam a solstitio hiemali ad aestivum solstitium septimo pervenit signo et a tropico verno usque ad autumnale tropicum septimi signi peragratione perducitur.

Theonis.

μάδι διχοτόμου τῆς σελήνης ὁρωμένης, τῇ δὲ δευτέρᾳ πλησισελήνου, τῇ δὲ τρίτῃ διχοτόμου, πάλιν δὲ τῇ τετάρτῃ σύνοδον ποιουμένης πρὸς ἥλιον καὶ ἀρχὴν ἑτέρου μηνός.

Anat. pg. 36. *αὐτῆς σελήνης φάσεις ζ',*

δὶς μηνοειδής, δὶς διχότομος, δὶς ἀμφίκυρτος, ἅπαξ πανσέληνος.

pg. 36. *αἱ ἰσημερίαι δι' ἑπτὰ μηνῶν καὶ αἱ τροπαί.*

Quae sequuntur apud Macrobium inde a l. I. c. VI, 60 usque ad c. VI, 76, universa fere tam accurate consentiunt cum iis, quae habentur in Theologumenis arithmeticis, quae vocantur, pg. 45, 13—50, 11 (Ast), ut alter alterum vertisse videatur, cum non inveniantur apud alium scriptorem. Tum autem rursus concordant Macrobius et Anatolius. Sed de similitudinibus hactenus. Non omnia adeo cohaerent. Inveniuntur non pauca, quae plane sunt diversa, quorum quod est maxime memorabile exemplum legitur sub octonario numero. Iustitia enim, quae hoc loco refertur ad illum numerum, apud Anatolium nuncupatur quaternarii nomine[1]). Sed eiusmodi discrepantiis non potest labe-

[1]) Confer Alex. in Metaph. pg. 38, 10 Hayduck: *τῆς μὲν γὰρ δικαιοσύνης ἴδιον ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸ ἀντιπεπονθός τε καὶ ἴσον, ἐν*

factari, quod superius dixi, in universum etiam Macrobii disputationem esse rivulum, ut ita dicam, eiusdem illius fontis, e quo manaverunt ii, de quibus iam egimus.

Quaeritur ergo primum, ex quonam ipse Macrobius sua hauserit. Atque cogitaverunt nonnulli viri docti de Varrone eius auctore [1]). Sed haec opinio, cum nulla re satis confirmetur, quae multis refutetur, digna non est. Aliter iudicavit Hugo Linkeus [2]), qui statuit e Porphyrii in Platonis Timaeum commentario in universum sua deprompsisse Macrobium. Sed et hic, quamvis propius accesserit ad veritatem, tamen erravit. Nixus est Linkeus loco aliquo Macrobiano, ubi nominatim afferuntur Porphyrii commentarii [3]), non considerans morem eiusmodi compilatorum, qui, cum valde adament quasi iactare virorum clarissimorum nomina, eius tamen auctoris, cuius premunt vestigia, nomen consulto reticeant. Quorum usu minime discrepare Macrobium quoniam satis dilucide ac plene demonstravit Wissowa [4]), ego hac re exponenda supersedeo. Quod ergo ex hac Macrobii consuetudine colligi potest, ipsis rebus, quae exhibentur, ad liquidum perducitur. Neglectis enim aliis, quae sint minoris momenti, uno exemplo res conficitur. Proclus exponens, qualibus diagrammatis usi essent singuli interpretes in explicando Platonis de mundanae animae procreatione loco, tradidit [5]) Porphyrium repudiavisse illam *καταγραφὴν λαβδοειδῆ*, quam vocat, et posuisse numeros, quibus utitur Plato, in una

τοῖς ἀριθμοῖς τοῦτο εὑρίσκοντες ὄν, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἰσάκις ἴσον ἀριθμὸν πρῶτον ἔλεγον εἶναι δικαιοσύνην . . . τοῦτον δὲ οἱ μὲν τὸν τέσσαρα ἔλεγον, ἐπεὶ πρῶτος ὢν τετράγωνος εἰς ἴσα διαιρεῖται καὶ ἔστιν ἴσος (δὶς γὰρ δύο).

1) Sic Eyssenhardt (Mart. Capella pg. LV) et Holzer (Varroniana, Ulm 1890).

2) Über Macrobius' Commentar zu Cic. Somn. Scip. (Philol. Abhandl. für M. Hertz pg. 240 sqq.).

3) II, III, 15.

4) De Macrobii Saturnaliorum font. cap. tria, Diss. Vratisl. 1880 pg. 2—8.

5) In Timaeum 192 B—D.

recta linea, contra apud Macrobium leguntur (I, VI, 45): „nam primo omnium hoc numero (septenario) anima mundana generata est sicut Timaeus Platonis edocuit. Monade enim in vertice locata terni numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt, ab hac pares, ab illa impares“ etc. Itaque omnino non potest fieri, ut Porphyrii vestigia pressisse Macrobium statuamus, sed denuo tractanda est quaestio.

Ac primum neminem fugere potuit Macrobianum librum in universum esse depromptum ac compilatum e commentario quodam Platonis Timaeum interpretante [1]), deinde non minus constat huius commentarii auctorem scholae fuisse addictum Neoplatonicae, quod non solum eo colligitur, quod saepe Plotini Platonicorumque auctoritas advocatur [2]), sed ex omnibus, quae proferuntur, doctrinis clare elucet [3]), tum apparet illum fuisse Plotino atque Porphyrio, qui citantur, recentiorem. Quid? nonne necessario cogitamus de Iamblicho, quem et ipsum in Platonis Timaeum composuisse commentarios scimus? Et re vera mihi contigit, ut diligenter ideoque latius disquirendo certum vel veri simillimum saltem redderem Iamblichi fontibus Macrobium hortulos suos irrigasse. Immo vero etiam longius procedere licet. Potest enim demonstrari inter eas Macrobiani libelli partes, quae sunt de numeris ac musica, et ea Chalcidiani id est Adrastei operis capita, quibus agitur de iisdem rebus, artum intercedere necessitudinis vinculum, ita ut non vana videatur esse coniectura in his partibus nisum esse Iamblichum Adrasti auctoritate. Sed haec omnia hic latius explicare atque exponere libelli angustiis prohibeor ideoque ad tempus hoc munus reicio sperans mihi fore opportunitatem alio loco hoc compensandi.

---

[1]) Confer Linke l. l. pgg. 241, 242, 248. Schmekel l. l. pg. 424.

[2]) Plotini I, VIII, 5. I, XIII, 9. I, XVII, 11. I, XVIIII, 27. II, XII, 7, 14. Platonicorum I, XI, 1, 4. II, XIII, 9. II, XIV, 6, 14. II, XV, 1, 2, 26.

[3]) Confer Linke pg. 240.

VI. De Varrone.

Omnia, quae adhuc tractavimus, scripta, non solum Graeca sed etiam Latina e Graecis fontibus hausta esse vidimus. Nunc iam venimus ad alios scriptores Latinos, qui iisdem in exponendis rebus non Graecos adierunt auctores sed Latinos, dico Gellium, Censorinum, Favonium, Martianum Capellam. Atque Gellium omnia, quae exhibet (N.A. I, 20. III, 10. XVIII, 14), Varroni debuisse et ipse fatetur et facillime evinci potest [1]), neque aliter censendum de Censorini libri capp. 4—15, in quibus passim dispersa nonnulla de numeris eorumque rationibus enarrantur [2]). Quamquam non adeo simplex aut perspicua est quaestio, ex quonam sumpserit operis sui librum VII, in quo eandem doctrinam reperimus, Martianus Capella, tamen satis accurate eam enodavit Eyssenhardtius [3]), qui demonstravit universum illum librum fluxisse ex eodem Varrone. Quae ille ad probandam hanc sententiam in usum traxit, si nondum tibi sufficiant, conferas praeter Gellii locos quos supra indicavi etiam Censorinum, Servium (ad buc. VIII, 75), Augustinum (Quaest. in Exod. lib. II ed. Bened. I, III, 455), Arnobium (III, 38).

Iam venio ad Favonium, quem et ipsum Latinis fontibus hortulos suos irrigasse supra affirmavi. Atque primum huius dissertatiunculam inter et Macrobii similem librum ullam intercedere coniunctionem unusquisque, qui utrumque inspexerit, prorsus negabit. Quo autem fontem investigaturis convertendi sint oculi, ipse nobis indicat Favonius p. 12, 2 Holder.: „Ad hunc numerum cybicum (scil. 28), ut Varroni placet, lunaris cursus congruit revolutio“ etc., praeterea Varronem illum compilasse veri simillimum esse arbitraberis, si consideraveris discipulum

---

1) Confer Ritschl. opusc. III, pgg. 379, 386, 442 sqq.

2) Confer Diels, dox. Gr. pgg. 188, 197. Zeller, III^3, 2, 95. adn. 3—4. Martini, Luc. Posid. spec. II, Mus. Rhen. 52, pg. 361.

3) Edit. pg. LIII sqq.

fuisse Favonium Augustini, qui quantopere in usum vocaverit Marcum Terentium pervulgatum est [1]).

Priusquam autem pergamus, nonnulla sunt dicenda de Caroli Friesii quadam dissertatiuncula [2]). Cuius si credis inscriptioni „De M. Varrone a Favonio Eulogio expresso", sibi proposuit Friesius agere de Varrone Eulogii auctore, sin autem perlegisti disputationem, stupes atque prorsus nescis, quid voluerit vel potius quid tandem effecerit ille vir doctus. Iactat enim ille paucis paginis Favonium, Macrobium, Chalcidium, Gellium, Censorinum, Varronem, Adrastum, Posidonium, alios, modo Chalcidium sequitur Macrobius, modo Varronem, Macrobium Favonius, quae omnia non demonstrantur, sed paucis utrorumque verbis comparatis temere colliguntur, modo summam ducit mirum quam simpliciter his (pg. 117): „Vidimus Chalcidium sequi Macrobium, vidimus eundem singulariter concinere cum Theone vel [?] Adrasto, ... Favonius autem Martiano nec non Macrobio similior. Quid ergo? Chalcidium novimus sequi Peripateticum illum Adrastum, a Theone adumbratum [?]. Adrastus cum Platonis Timaeum commentaretur, facere non poterat, quin Posidoniani commentarii rationem haberet [?]. Varronem quoque multa ex Posidonio hausisse consentaneum verique simillimum est. Quare quod si [sic] consentiunt omnes, quos attulimus, in quibusdam, in quibusdam ab alteris alteri recedunt, nil aliud causae est, nisi quod Chalcidius, si quid video, Adrastum exprimit, ceteri Varronem adumbrant." En, inquies, res est expedita, Chalcidius et Theo Adrastum, reliqui Varronem et omnes sequuntur Posidonium. Ita vero fortasse — — Sed alium vituperare parum utile, utilissimum, quod peccavit, emendare, quod recte egit, in usum trahere atque augere. Recte egit ille vir doctus, quod nonnullis locis etiam Gellium, Censorinum, Martianum Capellam comparandi causa advocavit. Nam hi, quos nixos esse Varronis

---

1) Confer Diels, Dox. Gr. pg. 200, 27.

2) Mus. Rhen. 58, pg. 115 sqq.

auctoritate constat, soli aliquid possunt docere quaerentes, cuinam sua debuerit Favonius Eulogius. Itaque horum habentes rationem cognoscamus, verumne sit, quod supra dixi quod idem voluit demonstrare Friesius.

Sub monade simillime explicant de ‚uno solo' Favonius et Martianus, quod apud ceteros desideratur, iidem soli dyadem iustitiae Iunonisque nominibus significant, nec non soli fatum tribuunt numero ternario[1]) ternarioque affirmant factum esse mundum[2]). Tum confer

Favon. pg. 5, 13 (Holder).	Mart. pg. 264, 23 (Eyssenhardt).
ac sic in denaria summa crescendi finis et initium secundi versus est.	Quae (decas) licet primi versus finis sit, secundae (-di?) monadis implet auxilium.

Sub pentade varia exstant apud Eulogium de partibus circuli, de altitudine altitudinis apud alios non inventa, ad quae optime quadrat illud „congerit frigidiuscula", quod in Varronem septenarium numerum tractantem iactat Gellius III, 10.

Favon. pg. 6, 12.	Mart. pg. 260, 21.
Senarius vero, qui sequitur, numerus potentem ac divinam naturae suae obtinet potestatem: siquidem τέλειος primus, id est perfectus, esse repperitur. Perfectum arithmetici vocant, qui se implet partibus suis.	Senarium vero perfectum analogicumque esse quis dubitet, cum suis partibus impleatur[3]).

Quae de septenario Varroniana tradiderunt Gellius, Servius, Censorinus, Martianus, et similiter de reliquis numeris, quoniam omnia cum Eulogii libello comparare

---

[1]) Confer Serv. Buc. VIII, 75, ubi item Hecatae ternarii nomen datur.

[2]) Consentaneum est plurimum docere ea Eulogiana, quae soli habent Varronis sectatores, vel ea, quae verbotenus fere expressa reperimus apud eosdem illos.

[3]) Isidor. Orig. l. III (corp. Grammat. lat. Lindemann. tom. III) pg. 107: Perfectus numerus est, qui suis partibus adimpletur, ut senarius; habet enim etc. confer pg. 104.

longum, immo inutile est, cum et alii eadem referant, hoc illud tantum exscripsi.

Favon. pg. 10, 12.	Gell. I, 20 (Varro).
Octo, primus cybus (κύβον Graeci, nos quadrantal dicimus), id est forma, quae tria corporum intervalla contineat.	Qualia sunt quadrata undique, qua κύβους illi, nos quadrantalia dicimus.

Gravissimum videtur, quod haec vox „quadrantal" pro illa Graeca „κύβος" apud solos hos invenitur.

Iam venio ad secundam Favoniani libri partem, quae est de musica. Atque prorsus mihi probatur contra Friesium Skutschii coniectura [1]), qui contendebat eam Favonii partem (pg. 14, 31—15, 26), quae ad verbum fere congruit cum Chalcidio [2]) (pg. 110, 8—111, 8), tamen non esse sumptam e Chalcidii illo commentario. Non enim esse veri simile fluxisse ex huius tam perplexis de diastematis verbis (pg. 110, 16—18), quae tam clare et dilucide exponit de eadem re Favonius. Quam sententiam ut confirmem, Skutschii argumento hoc addo. Pg. 15, 18 inserit Favonius definitionem symphoniae eamque dividit in symphonias simplices et copulatas, quod non reperis apud Chalcidium. Quarum simplices symphoniae cum ab utroque continuo enumerentur et explicentur, cumque pg. 15, 27, ubi concentus ille finem habet, aperte ac definite repetat Favonius tres has — quas uterque exposuit — symphonias esse illas simplices, cum denique ipse Chalcidius alio loco (pg. 113, 2) hoc nomine eas notet, simplicissime et rectissime iudicabimus statuentes illa verba non inseruisse Favonium, sed omisisse Chalcidium vel eius auctorem.

Et alia patet via explicandi. Haec enim omnia reperiuntur in Censorini libello (pg. 16, 22 sqq. Hultsch), non verbotenus expressa, sed iisdem fere verbis, iisdem argumentis. Eodem modo explanantur *φθόγγοι, διαστήματα* (intervalla), neque deest illa symphoniarum divisio (pg. 17, 7):

---

1) Philolog. 61, pg. 198.
2) Confer Theo. pg. 49, 7—51, 20.

symphoniae simplices ac primae sunt tres, quibus reliquae (copulatae) constant, una etc.[1]) (Eulog.: tres sunt itaque symphoniae simplices ac primigenae . . .). Uterque symphoniarum rationes ut illustret, exponit eas effici chordis diversis sed ratis distentis ponderibus (Fav. pg. 15, 30, Cens. pg. 17, 24). Itaque cum Censorinum haec hausisse e Varrone constet, etiam hac ratiocinatione Favonii quaerentes fontem delegamur ad Varronem, nec miraberis, quod non plane illi consentiunt — nisi mutavit Censorinus Varronis verba — si consideraveris Censorinum sua deprompsisse e Tuberone, Favonium autem veri similiter ex alio quodam Varronis opere, fortasse e libris Disciplinarum vel potius illo, cui erat titulus „de principiis numerorum" [2]). Quomodo autem fieri potuerit, ut in illa particula tam arte cohaereant Chalcidius et Favonius, quamquam alter sequitur Adrastum, alter Varronem, hoc tunc demum plane perspicies, cum totam hanc dissertatiunculam percurreris.

Quae sequuntur in Favoniano libro (pg. 16, 12 sqq.), e Varrone nobis tradidit Gellius XVIII, 14, in quibus gravissimum est, quod neuter Graecas voces (*ἡμιόλιος, ἐπίτριτος, ἐπόγδοος*) in Latinum convertere conatur[3]), cum alii etiam Latinis vocabulis eas reddere ausi sint. Tum confer

Favon. pg. 18, 5.

. . . doctissimus ille Pythagoras ostendit: qui a Terra usque ad illum verticem, qui dicitur ἀπλανής, duodecim emitonia patere cognovit: quorum divisio ad dupli convenit rationem, si octo ad quaternarium numerum referre volueris. Namque ait a

Cens. pg. 23, 6.

. . . ita Pythagoras quot stadia inter terram et singulas stellas essent indicavit . . . igitur ab terra ad lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circiter centum viginti sex milia, idque esse toni intervallum; a luna autem ad Mercuri stellam, quae

[1]) Memoratu dignum est, quod etiam illa musicae cum arte grammatica comparatio (Favon. pg. 14, 31) exstat apud Censorinum (pg. 17, 5).

[2]) Confer Ritschl, opusc. III, pg. 448.

[3]) Gell.: „qui de numeris Latine scripserunt, Graeca ipsa dixerunt, fingere autem nostra . . . noluerunt."

Favonii.

Terra ad Lunam *τόνον* esse, a Luna ad Mercurii circulum emitonion, indeque ad Veneris emitonion, a quo ad Solem tria emitonia; a Solis autem orbe ad circulum Martium tonon esse, a quo ad Iovem emitonion; indeque ad Saturni emitonion, a quo ad Signiferum circulum similiter emitonion: ita fieri, ut sex tonis caelum distet a terra, duodecim scilicet emitoniis, flerique his traditas symphonias. Namque a terra ad Solis circulum diatessaron reboat symphonia [1]), a Solis vero ad zodiacum diapente.

Censorini.

stilbon vocatur, dimidium eius, velut hemitonion; hinc ad phosphoron, quae est Veneris stella, fere tantundem, hoc est aliud hemitonion; inde porro ad solem ter tantum, quasi tonum et dimidium. itaque solis astrum abesse a terra tonos tres et dimidium, quod vocatur diapente, a luna autem duos et dimidium, quod est dia tessaron. a sole vero ad stellam Martis, cui nomen est pyrois, tantundem intervalli esse, quantum a terra ad lunam, idque facere tonon; hinc ad Iovis stellam, quae Phaeton appellatur, dimidium eius, quod faciat hemitonion; tantundem a Iove ad Saturni stellam, cui phaenon nomen est, id est aliud hemitonion; inde ad summum caelum, ubi signa sunt, perinde hemitonion. itaque a caelo summo ad solem diastema esse dia tessaron, id est duorum tonorum et dimidi, ad terrae autem summitatem ab eodem caelo tonos esse sex, in quibus sit dia pason symphonia.

Non multum valent, concedo, quae effeci, singula, sed si consideras omnia haec coniuncta tamquam virgas in fabula unum totum idque firmissimum facere, minime, puto, tibi est dubium, quin omnia, quae praebet Favonius, ei suppeditaverit idem Varro, e cuius libris etiam Censorinus, Gellius, Martianus sua deprompserunt.

Nunc quoniam ex uno Varrone quattuor hos scriptores

[1]) Errat Favonius. Nam tres toni et dimidium sunt diapente, duo et dimidium diatessaron symphonia. Itaque a terra ad solem diapente, a sole ad zodiacum diatessaron symphonia. Confer Censorinum.

pendere comparuit, restat, ut Varronem quoque ex eodem fonte atque auctores, de quibus supra egimus, in rivulos suos derivasse demonstremus ea, quae ab eo rursus acceperunt illi. Qua in re non debemus tractare singulos scriptores, sed praestat, quatenus commode fieri potest, omnes una positos conferre cum Anatolio vel ceteris.

Mart. pg. 257, 26.	Favon. pg. 2, 28.	Anatol. pg. 29.
Prae cunctis igitur adfata sacra monas esto, quam ante cuncta vibrantem sociati postmodum numeri principia docuerunt. ... ab eaque cetera procreari omniumque numerorum solam seminarium esse ...	Nam monadem non numerum, sed semen et substantiam numerorum esse[1]), manifestum ...	*μονὰς προτέρα παντὸς ἀριθμοῦ, ἐξ ἧς πάντες, αὐτὴ δὲ ὑπ' οὐδενός. διὸ καλεῖται γόνη ὕλη οὖσα τῶν ἀριθμῶν ...*
	pg. 3, 5. Monas singularitas insecabilis, indivisa, sola non ex partibus constans ...	*ἀδιαίρετος, ἀδιάβλητος ...*
pg. 258, 9. hanc igitur patrem[2]) omnium Iovem rite esse nominatum ...	pg. 3, 25. Estque numerus (sc. monas), ut Xenocrates[2]) censuit, animus ac deus etc.	*ἐκάλουν δὲ αὐτὴν οἱ Πυθαγόρειοι νοῦν εἰκάζοντες τῷ ἑνὶ αὐτήν, τῷ νοητῷ θεῷ, ...*
hanc quoque alii concordiam. hanc pietatem, amicitiamque dixere,		*ἔτι ἐνόουν αὐτὴν ...* ... *συμφωνίαν* ... ... *φίλον* ...
pg. 258, 22. Denique cum unum facta in quodcumque defluxe-		Macrob. I, VI, 18. haec (scil. dyas) ab illa omnipotentia solitaria

[1]) Isidor. orig. l. III. pg. 103: Nam unum semen numeri esse, non numerum dicimus.

[2]) Diels, Dox. pg. 304, 1: *Ξενοκράτης ... τὴν μονάδα καὶ τὴν δυάδα θεούς, τὴν μὲν ὡς ἄρρενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν ἐν οὐρανῷ βασιλεύουσαν, ἥντινα προσαγορεύει καὶ Ζῆνα καὶ περιττὸν καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῷ πρῶτος θεός.*

4*

Martiani.	Favonii.	Macrobii.
rit, licet eius linea insecabilis ac . sine latitudinis significatione fundatur, dyadem tamen facit.		(scil. monade) in corporis intellegibilis lineam prima defluxit.
		Anat. pg. 30. *μετὰ σημεῖον γραμμὴν ἔδειξεν . . . καὶ δόξαν δὲ ὠνόμαζον, ὅτι τ' ἀληθὲς καὶ ψεῦδος ἐν δόξῃ*[1]. *ἔτι καὶ ταύτην ἐκάλουν κίνησιν, γένεσιν μεταβολήν, διαίρεσιν, μῆκος, αὔξησιν, κοινωνίαν* . . .
quae dyas, quod sit prima procreatio a nonnullis genesis dicta . . . eademque societas, quod vinculum quo media connectantur habeatur utrimque commune. ab hac numerus auspicatur et est opinabilis corporatio motusque primi probamentum.	pg. 2, 25. Numerus est quantitas congregabilis, a duobus initium sumens. pg. 3, 32. Dyas vero, ut theologi asserunt, secundus[2] est motus. Primus enim motus in monade stabilis et consistens, in dyadem velut foras egreditur . . . Ab hoc numero mundus apparuit mente ac materia, quae Graece dicitur *ὕλη*, constructus.	*δυὰς ἀρχὴ ἀριθμοῦ.* Macrob. I, VI, 18. dyas, quia post monada prima est, primus est numerus. Anat. pg. 30. *ἔχει τὸ ἀνάλογον τῇ ὕλῃ καὶ παντὶ αἰσθητῷ.*

Sed quoniam transscribendi mihi essent toti libri, si omnia vellem ponere, quae plane congruunt vel similia sunt in ceteris numeris tractatis, de gravissimis nonnullis tantum monebo, cetera omittam.

Mart. pg. 259, 8.	Favon. pg. 4, 16.	Anatol. pg. 31.
Trias vero princeps inparium numerus perfectusque cen-	Sed trias primus est totus, quod habet et medium . . .	*τριὰς . . . πρῶτός ἐστι περισσός· καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι πρῶ-*

---

[1]) Alex. in Metaph. pg. 39, 16 Hayduck: *δόξαν δὲ τὰ δύο διὰ τὸ ἐπ' ἄμφω μεταβλητὴν εἶναι· ἔλεγον δὲ καὶ κίνησιν αὐτὴν καὶ ἐπίθεσιν.*

[2]) Levissima discrepantia, cum motus stabilis non sit motus re vera. Aut Varro, ut videtur, utramque protulerat sententiam, aut Favonius non recte intellexit.

Martiani.	Favonii.	Anatolii.
sendus[1]). nam prior initium medium finemque sortitur ...		*τος τὰ πάντα*[2]) *σημαίνει ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος* ...
cuius auspicio preces tertio ac libamina repetuntur ...		*εὐχαὶ καὶ σπονδαὶ τρεῖς γίνονται* ...
in tria se spatia temporis cursus alternat ideoque tribus divinatio memoratur ...	Triaque tempora pro sui natura sortitus est, praeteritum, praesens, futurum, triade videlicet operante; ...	*χρόνου μέρη τρία, ἐνεστός, παρεληλυθός, μέλλον.*
	tribus lineis figura prima componitur, quae trigonon nominatur.	pg. 31. *εἰκών ἐστιν ἐπιπέδου καὶ πρώτη ὑπόστασις ἐν τριγώνοις.*
animam vero rationis et iracundiae cupiditatisque distribuere trigario.		Macrob. I, VI, 42. ternarius vero adsignat animam tribus suis partibus absolutam, quarum prima est ratio, quam *λογιστικόν* appellant, secunda etc.
Censorin. pg. 19, 23.	Favon. pg. 6, 12.	Anatol. pg. 34.
nam eum telion Graeci, nos autem perfectum vocamus, quod eius partes tres, sexta et tertia et dimidia, id est unus et duo et tres, eundem ipsum perficiunt.	Senarius vero, qui sequitur, numerus potentem ac divinam naturae suae obtinet potestatem: siquidem *τέλειος* primus, id est perfectus, esse repperitur. Perfectum arithmetici vocant, qui se implet partibus suis ... ut hic ex dimidia, tertia, sexta coniunctis senarium	*ἑξὰς πρῶτος τέλειος ἀριθμός. τοῖς γὰρ αὑτῆς μέρεσιν ἀριθμεῖται α′ β′ γ′, ἃ ποιεῖ τὸν ς′· ἅπαξ ς′ ς′, δὶς γ′ ς′, τρὶς β′ ς′. πρῶτος σύγκειται ἐξ ἡμίσεος, τρίτου ἕκτου.*

[1]) Plut. de Is. et Os. c. 56 b: *τὰ μὲν γὰρ τρία πρῶτος περισσός ἐστι καὶ τέλειος* ...

[2]) Confer Theo pg. 100, 14: *διὸ καὶ πρώτη λέγεται πάντα εἶναι.*

Martiani.	Favonii.	Anatolii.
	numerum complet. Nam III. II. et I. ... ... senariam expedit quantitatem.	
pg. 261, 5. idem per primum motum hoc est dyadem collatus duodecim facit, inter quos duos numeros duo medii inveniuntur etc.		pg. 34. *καθ' ἑξάδα πρῶτον συνέστη ἡ ἁρμονικὴ μεσότης κ. τ. λ.*

Ab utroque porro exponitur, quae rationes intercedant inter 6. 8. 9. 12. numeros.

De septenario disputantes omnes fere laudant, quod solus intra decadem septenarius neque alium gignit neque gignitur ex alio, ideoque sacrum esse eum Minervae virgini; omnes fere tradunt lunae, quas dicunt, phases esse septem atque summo consensu addunt lunaris conversionis dies 28 effici 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. numeris in unum comprehensis, in qua re exponenda plurimus est Varro (Gell. III, 10). Non premo, quod etiam in septem planetis, septem Pleiadum stellis, aliis enarrandis concordant, nonnulla tamen ponam.

Mart. pg. 263, 8.	Favon. pg. 8, 20.	Anatol. pg. 36.
dehinc ideo homo septem meatus habet in capite sensibus praeparatos, duos oculos auresque et nares totidem et os unum.	Hi (sensus) septem foraminibus emittuntur: II sunt visionis, II auditus, I gustatus atque II sunt odoratus, quintus tactus, qui per totius corporis membra diffusus est, nullum habet foramen[1]).	*κεφαλὴ χρῆται πόροις ζ', ὀφθαλμοῖς δύο, ὠσὶ δύο, μυκτῆρσι δύο, στόματι.*
... septem etiam natura abstrusit membra vitalia: linguam, cor, pulmonem, lienem, iecur et duo renes.		*σπλάγχνα ζ', στόμαχος*[2]), *καρδία, πνεύμων, ἧπαρ, σπλήν, νεφροὶ δύο.*

[1]) Sic emendavit Skutschius l. l. pg. 199.

[2]) Theo. pg. 104, 15: ... *γλῶσσα, καρδία κτλ.*

Martiani.	Favonii.	Anatolii.
item septem corporis partes hominem perficiunt: caput tenus imum collum[1]), pectus, venter, duae manus pedesque.		ὁλόκληρα μέρη τοῦ σώματος ζ′, κεφαλή, τράχηλος, στέρνα, πόδες β′, χεῖρες β′.

Maioris est momenti, quod etiam Varro (Censor.) affert Solonis illud de aetatis gradibus carmen, quod idem provocat ad Hippocratem (Censor.[2]), Favon.; Mart. et Gell. Hippocratis nomen omittunt, rem attingunt), quod idem commemorat partus genera duo (Censor. Gell.), alia, quae eodem modo referuntur ab Anatolio vel ceteris. Sed quae in testimonium vocavi, non solum satis immo nimis multa sunt ad demonstrandum, quod volui, id est etiam Varronem hausisse ex eodem illo fonte, ad quem iam duxerunt nos illi, de quibus egimus supra, ideoque plura conferre supervacaneum est. Varrone igitur medio intercedente e Graeco illo fonte fluxerunt etiam, quae de his rebus tradiderunt illi scriptores Romani, et ita iterum probatur illud Useneri: „Varro kommt mir vor wie ein Krahnen, der aus den reichen Schiffsladungen der Alexandrinischen Zeit die Waren auf die Frachtwagen der Nachwelt hebt.“

VII. De Posidonio.

Auctorum, de quibus egimus, aetate vetustissimus est Varro. Varronis igitur aequalem aut eo superiorem statuendum est fuisse eum, a quo tamquam fonte communi petiverunt res et argumenta omnes, quos in unum eundemque auctorem digitum intendere vidimus. Qui fons qualis fuerit aliquo modo omnes, luce autem clarius docent Macrobius et Chalcidius. Cum enim pleraeque res, quae explicantur, e Timaeo Platonico originem trahunt vel eo

[1]) Levissima est discrepantia.

[2]) Artissima est in utraque re necessitudo, quae intercedit inter Censorinum et Anatolium vel Philonem.

respiciunt [1]), et Macrobium e Iamblichi in Timaeum commentario sua mutuatum esse cognovimus [2]), tum Chalcidius vel potius Adrastus clare ostendit, quo in connexu rerum haec doctrina locum habuisse videatur, scilicet in explicandis Platonis de animae procreatione verbis [3]).

Iam vero oritur quaestio, quisnam composuerit illos commentarios. Cui ut satisfaciamus, pauca sunt praemittenda. Notum est veterem Pythagoreorum disciplinam diu intermortuam primo a. Chr. n. saeculo ad lucem esse revocatam [4]). Sed haec non erat veteris scholae continuatio, sed fucata instauratio, cuius asseclae duplicem ingrediebantur viam. Alii enim duo ponebant universi mundi principia, deum et materiam, monadem et dyadem, alii ex uno principio, deo vel monade, omnia profluere volebant. Quam diversitatem dilucide distinctam tradidisse Sextum Empiricum vidit Schmekelius [5]). Sed si adserit priorem illam rationem ortam esse e Platonico-Aristotelicis doctrinis [6]), leviter errat. Nam cum iam Richardus Heinze [7])

---

1) Anat. pg. 31, 15, Favon. pg. 4, 22 (*χρόνου μέρη*) = Tim. 37 E

„	„	33, 11	(*γῆ = κύβος* etc.)	=	„	55 E sqq.
„	„	33, 19	(*αἰσθήσεις*)	=	„	61 C sqq.
„	„	36, 17	(*ζ' κινήσεις*), Favon. pg. 8, 15	=	„	34 A
„	„	35, 27	(*τοῦ πρωτοτύπου* . . .)	=	„	53 C?
„	„	36, 23	(*ψυχογονία*)	=	„	35 A sqq.
„	„	40, 1	(„)	=	„	35 B
„	„	40, 12	(*ἐκ τριγώνων πάντα*)	=	„	53 C sqq.
Favon.	„	3, 14	(*ψυχογονία*)	=	„	35 A
„	„	8, 26	(anima tamquam in arce posita)	=	„	70 A (*ἀκρόπολις*)
„	„	11, 13	(*ψυχογονία*)	=	„	41 D

etc. etc.

2) Confer etiam Schmekel. l. l. pg. 424.

3) Comparari potest Procli comm. 193 D sqq.

4) Zeller, III, 2, 92 sqq.

5) l. l. pg. 403 sqq. Conferri potest Theo (Moderat.) pg. 20, 5 sqq. Hiller.

6) l. l. pg. 405, 3.

7) Xenocrates, pg. 38, 16 sqq.; confer Zeller III, 2[4] pg. 129, 16.

demonstravit profectam esse eam e veterum Academicorum schola, tum diligentius inquirentem fugere non potest hunc dualismum, quem vocant, Platonicis ἓν καὶ ἄπειρον nixum excoluisse Xenocratem. Mirum enim quousque consentit cum Sexti de hac ratione auctore. Sext. adv. math. X, 276: *ἀνέκυψαν ἄρα ἀρχαὶ πάντων κατὰ τὸ ἀνωτάτω ἥ τε πρώτη μονὰς καὶ ἡ ἀόριστος δυάς· ἐξ ὧν γίγνεσθαί φασι τό τ' ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ἓν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις πάλιν δυάδα ... κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἀριθμοὶ ἐκ τούτων ἀπετελέσθησαν ... καὶ ὃν τρόπον τοὺς ἐξ αὐτῶν ὑποστάντας ἀριθμοὺς ἀπετέλεσαν, οὕτω καὶ τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ συνεστήσαντο. εὐθέως γὰρ τὸ σημεῖον κατὰ τὸν τῆς μονάδος λόγον τετάχθαι κ. τ. λ.* (de linea, epipedo, solido). Theophrast. de prim. philos. VI a 23 Us. (Heinze, Xen. pg. 169): *οἵ γε πολλοὶ μέχρι τινὸς ἐλθόντες καταπαύονται, καθάπερ καὶ οἱ τὸ ἓν καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ποιοῦντες· τοὺς γὰρ ἀριθμοὺς γεννήσαντες καὶ τὰ ἐπίπεδα καὶ τὰ σώματα σχεδὸν τὰ ἄλλα παραλείπουσιν ... ὡσαύτως δ' οἱ περὶ Σπεύσιππον, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεὶς πλὴν Ξενοκράτης· οὗτος γὰρ ἅπαντά πως περιτίθησι περὶ τὸν κόσμον*[1] ... Ex uno igitur et dyade indefinita uterque efficit numeros, e numeris reliqua, lineam, planum, solidum, totum mundum[2]. Sed hac de re hactenus.

Pergit Sextus disserere de secta Pythagorica unum profitente principium (adv. phys. II, 281): *τινὲς δ' ἀπὸ ἑνὸς σημείου τὸ σῶμά φασι συνίστασθαι. τουτὶ γὰρ τὸ σημεῖον ῥυὲν γραμμὴν ἀποτελεῖν, τὴν δὲ γραμμὴν ῥυεῖσαν ἐπίπεδον ποιεῖν· τοῦτο δ' εἰς βάθος κινηθὲν τὸ σῶμα γεννᾶν*

---

1) Confer Plut. de an. procr. c. 2 pg. 1012 D: *οἱ μὲν γὰρ* (scil. *περὶ Ξενοκράτη*) *οὐδὲν ἢ γένεσιν ἀριθμοῦ δηλοῦσθαι νομίζουσι τῇ μίξει τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας* (Plat. Tim. 35 A). *ἀμέριστον γὰρ εἶναι τὸ ἓν μεριστὸν δὲ τὸ πλῆθος, ἐκ δὲ τούτων γίγνεσθαι τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἑνὸς ὁρίζοντος τὸ πλῆθος καὶ τῇ ἀπειρίᾳ πέρας ἐπιτιθέντος, ἣν καὶ δυάδα καλοῦσιν ἀόριστον·* Diels, Dox. pg. 304, 1.

2) Simili modo Speusippus ex uno et multitudine videtur finxisse numeros (Zeller, II, 1[4] pg. 1001 sqq.)

τριχῇ διαστατόν. διαφέρει δὲ ἡ τοιαύτη τῶν Πυθαγορικῶν στάσις τῆς τῶν προτέρων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐκ δυοῖν ἀρχῶν, τῆς τε μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, ἐποίουν τοὺς ἀριθμούς· εἶτα ἐκ τῶν ἀριθμῶν σημεῖα καὶ τὰς γραμμὰς τά τε ἐπίπεδα σχήματα καὶ τὰ στερεά· οὗτοι δὲ ἀπὸ ἑνὸς σημείου τὰ πάντα τεκταίνουσιν· ἐξ αὐτοῦ μὲν γραμμὴ γίνεσθαι, ἀπὸ γραμμῆς δὲ ἐπιφάνεια, ἀπὸ δὲ ταύτης σῶμα[1]). Nullo modo potest dubitari, quin haec secta, quae tam strenue monismum, quem dicunt, profiteatur, quae Heraclitum secuta fluere omnia ex uno contendat, stoicam proferat doctrinam[2]). Iam vero etiam ii, de quibus egimus, scriptores fluere e monade dyadem vel e puncto lineam consentiunt[3]). Sed etiam ex universa eorum disputatione

---

[1]) Confer adv. phys. II, 281, adv. log. I, 99, adv. geom. 19.

[2]) Schmekel pg. 401. Mirum simul videtur et triste, quod Schmekelius, qui tam acute utriusque scholae perspexit diversitatem, tam falso contendit (pg. 405) Alexandri auctorem (Diog. VIII, 1, 25) sequi eandem rationem stoicam. Nam plane contrarium est verum. Conferas modo

Alexandri.	Sexti.
Ἀρχὴν μὲν ἁπάντων μονάδα· ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· *ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα· ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς, ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα* κ. τ. λ.	*διαφέρει δὲ ἡ τοιαύτη τῶν Πυθαγορικῶν στάσις* (scil. stoica unum profitens principium) *τῆς τῶν προτέρων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐκ δυοῖν ἀρχῶν, τῆς τε μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, ἐποίουν τοὺς ἀριθμούς· εἶτα ἐκ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα καὶ τὰς γραμμὰς τά τε ἐπίπεδα σχήματα καὶ τὰ στερεά· οὗτοι δὲ ἀπὸ ἑνὸς σημείου τὰ πάντα* κ. τ. λ.

[3]) Chalcid. pg. 105, 12: singularitas cacumini superimposita summitatem atque arcem obtinere consideratur, ut per eam velut emissaculum quoddam tamquam e sinu fontis perennis providae intellegentiae quasi quidam largis amnis effluat ... Macrob. I, VI, 46 monade enim in vertice locata terni numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt ... I, VI, 18 haec (dyas) ab illa omnipotentia solitaria (monade) in corporis intellegibilis lineam prima defluxit. (Iambl. in Nic. arith. pg. 57, 6 Pistelli *καὶ ἐπειδὴ ἀρχή ἐστι καὶ στοιχεῖον μήκους ἡ στιγμή, ἥσπερ ῥύσιν φασὶν εἶναι οἱ γεωμέτραι τὴν γραμμήν,*

luculentissime potest demonstrari e stoico fonte fluxisse genuinis Pythagoreorum sententiis intermixta omnia, quae communia proferunt Anatolius, Theo, ceteri, quos adhibuimus, ut Stoicorum est, quod Anatolius prudentiam (*φρόνησιν*) tribuit monadi, ita ut e prudentia tamquam fonte reliquae tres virtutes (scilicet secundum Stoicos) fortitudo, temperantia, iustitia, quae dyadis, triadis, tetradis nominibus appellantur, effluant prudentiaque comprehendantur[1]), quodque hoc ad probandum additur *τὸ γὰρ ὀρθὸν ἓν καὶ τὸ ὁμολογούμενον.* Attingam tantum illos locos, ubi Stoicae proferuntur doctrinae (ut 8 animae partes[2]), septem animi motus[3]) etc.) qui per se unum demonstrant Stoicorum disciplinam notam fuisse auctori, aut ubi stoicae usurpantur notiones, ut Anatolius dicit (sub quaternario) *ὅλον τὸν κόσμον,* quod Stoicorum proprium fuisse docet Sextus[4]). Nam res est ante pedes.

Stoicae igitur addictus erat scholae doctus vir, cuius e commentario illas depromptas esse doctrinas affirmavimus. Iam vero e Sexti disputatione efficitur, ut luculentissime demonstravit Schmekelius[5]), illam de numeris doctrinam, quae sapit auctorem Stoicum, fluxisse e Posidonii Stoici in Platonis Timaeum commentario. Primum enim, ut breviter comprehendam gravissima eius argumenta, apparet Sextum de Pythagoricorum criterio continuam atque perpetuam dare disputationem; cum autem prorsus insanum esset in media de Pythagorico criterio argumentatione Posidonii Stoici citare auctoritatem, nisi

---

ἕξει καὶ ἡ μονὰς καθ' ὁμοιότητα στιγμῆς καὶ σημείου λόγον, ὡς ἂν ἀρχὴ οὖσα ποσοῦ καὶ δὴ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ὡσανεὶ ῥυεῖσα κτλ.) Favon. pg. 10, 14 Nam cum *σημεῖον* lineae semen et signum sine ullis partibus animo cogitabis, eadem cogitatione defluere videbis in lineam.

1) Confer Barth, Stoa pg. 136.

2) Anat. pg. 36, 8.

3) Favon. pg. 8, 7.

4) Adv. phys. I, 332. Confer etiam Diels, Dox. Gr. 328: *οἱ Στωικοὶ διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον. πᾶν μὲν γὰρ . . . ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον.*

5) l. l. pg. 405 sqq.

de Pythagorica sententia loqueretur ille, cumque totus hic Sexti locus stoicum praebeat colorem, suo iure conclusit Schmekelius e Posidonii libro sumptam esse totam illam disputationem. Hoc addo: Simillima ei, quam dat Sextus, expositio invenitur Chalc. in Tim. pg. 119, 15 sqq. Empedoclis enim iisdem praemissis versibus explicatur „ex omnibus initiis conflasse Platonem animam, ut et ipsorum initiorum et quae initia sequuntur et prorsus omnium rerum existentium scia esset ac de omnibus iudicaret“ (*κριτήριον*). Antiquissima autem rerum initia esse essentiam sive substantiam, huius porro initia numeros (Sext. *ἦν δὲ ἀρχὴ τῆς τῶν ὅλων ὑποστάσεως* [substantiae Chalc.] *ἀριθμός*). Itaque animam „numerorum potentiae concinentem“ habere omnium rerum conscientiam, „ex quarum potentiis ipsa constat“. Quid? ad sensum nonne eadem sunt, quae uterque exponit? Neu offendas, quod Chalcidius de anima, Sextus de *λόγῳ* disserit, cum hunc illius esse partem, cuius propria est cognoscendi vis, notum sit. Nunc mihi considera: Loquitur his verbis Chalcidius de Timaei pg. 36—37 (imprimis de 37, B C, ubi de *λόγῳ* dicit Plato), deinde Posidonium hunc ad locum in commentario suo plenius explicasse de criterio — nam de hoc re vera exponit Plato — consentaneum, praesertim cum hac de quaestione altius inquisivisse Stoicos et Posidonium (Laert. Diog. VII, 54) constet, denique apud Sextum extat eiusmodi argumentatio, qua Posidonio Timaei interprete advocato stoica ratione eadem fere exponuntur, quae ad illum Platonis locum profert Chalcidius: nonne res ac rationes persuadent Posidonium Stoicum de illo Platonis loco[1]) inquirentem fuisse auctorem, cui cum multis aliis hoc quoque fragmen debeat Sextus?

---

[1]) Quodsi adnotat Diels (frgm. poet. phil. pg. 147, 27) ad Timaei pg. 45 attulisse Posidonium illos Empedoclis versus, quamquam me iudice ad pg. 37 pertinent, tamen non errare videtur. E Posidonii enim verbis *καὶ ὡς τὸ μὲν φῶς ὑπὸ τοῦ φωτοειδοῦς ὄψεως καταλαμβάνεται, ἡ δὲ φωνὴ ὑπὸ τῆς ἀεροειδοῦς ἀκοῆς κτλ.* (Sext. adv. math. VII, 93) optimo iure colligitur eum ad illum Platonis locum,

E simili autem commentario a Stoico viro composito hausta esse ea, quae Anatolius et ceteri, de quibus egimus, de numeris proferunt, si non certum at veri simillimum reddidimus; quid ergo magis est in promptu quam conicere omnia haec referenda esse ad eundem Posidonium Platonici Timaei interpretem? Ac primum tempora favent. Diximus enim ante Varronem vel ipsa eius aetate compositum esse eum librum, e quo sua deprompsit ille doctissimus Romanorum vir, quod optime quadrat ad Posidonium viginti fere annis Varrone maiorem, cui quam multa debuerit ille polyhistor, pervulgatum est. Deinde Posidonius, quo erat ingenio atque indole, non est dubium quin maxime fuerit propensus atque inclinatus ad proferendam eiusmodi doctrinam, quam invenimus apud Anatolium, Chalcidium, alios. Putabat enim vir doctus Platonem doctrinam a Pythagora translatam auxisse atque perfecisse, summam autem esse inter Platonem et Stoicos sententiarum maxime ratarum consensionem [1]) ideoque etiam inter Pythagoram et Stoicos. Quod idem sibi persuasisse auctorem, quem sequi Anatolium ceterosque diximus, in aprico est, siquidem Platonis dialogum ad explicandum Pythagoreorum in numeris interpretandis subtilitates Stoicorum ex sententiis intellectas atque mutatas adhibuit, ut vidimus. Denique etiam non-

quo de hac re agitur (pg. 45), dogma *ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον καταλαμβάνεσθαι* exposuisse. Quibus in explicandis eum, quo erat ingenio (confer pg. 62, 12), dimisisse occasionem inserendi Empedoclis versus, qui illud dogma ad probandum aptissimi sunt, ego quidem non credo. Huic suspicioni optime concinit, quod Sextus (adv. math. VII, 119, I, 303) et Galenus (de plac. Hipp. et Plat. pg. 625, 10 sqq.), qui tam multa debent Posidonio, cum disserunt eundem in sensum de eodem Platonis loco, illos versus afferunt. Ceteroquin hac cum Galeni disputatione mire consentit Procli in Tim. comm. pg. 232 C sqq., quod memoratu dignum visum est. Uterque enim, postquam Empedoclis versibus usus exposuit proprio cuique cognitioni opus esse organo, Theaeteti loco (184 D sqq.) nixus adserit tamen necessario unam esse communem vim, qua singulae cognitiones fiant. Quovismodo ergo videntur cohaerere.

1) Confer Schmekel l. l. pg. 382 sqq. Galen, Plac. Hipp. et Plat. IV, pg. 362, IV, pg. 401 M.

nullae res ipsae, quae arcessuntur, redolent Posidonii doctrinam atque morem. Omnes fere septem esse lunae phases, quas vocant, referunt, quod primus docuisse videtur Posidonius [1]). Eiusdem affert memoriam, quod Philo (de opif. m. pg. 42, 15 Cohn) monet planetarum potestate moveri ventus, fieri maris accessus successusque [2]), quod Anatolius et Theo narrant euripos septies singulis diebus commutari [3]), quod Anatolius de septem chordarum lyra disserens citat Terpandri quosdam versus [4]), et alia. Nec minus convenit Posidonii naturae atque indoli universa disserendi ratio, quae aliquatenus discerni potest e Philonis et Anatolii frustulis. Erat enim viri docti proprium disputationi versus inserere poetarum [5]), quod videmus factum esse apud Philonem et Anatolium, idem adamabat ad res difficiliores explicandas similia sive e vita cottidiana sive a rerum natura arcessere [6]), cuius moris exemplum referunt iidem

---

1) Stob. ecl. I, 26 (Diels, Dox. pg. 357): *Ποσειδώνιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Στωικῶν . . . σχηματίζεσθαι δ' αὐτὴν (τὴν σελήνην) πολλαχῶς, καὶ γὰρ πανσέληνον γιγνομένην καὶ διχότομον καὶ ἀμφίκυρτον καὶ μηνοειδῆ.* Cleomed. 111 (pg. 135 Bake): *οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ τρία εἶναι περὶ τὴν σελήνην σχήματα ἔφασαν, τὸ μηνοειδές, τὸ διχότομον, τὸ πεπληρωμένον. . . . οἱ δὲ νεώτεροι προσέθεσαν τοῖς τρισὶ τὸ νῦν καλούμενον ἀμφίκυρτον.* Quousque autem pendeat e Posidonio Cleomedes, quoque spectet illud „*νεώτεροι*“, demonstraverunt Martini (Lucubr. Posid. spec. I. II. in Beitr. an Wachsmuth pg. 155 sqq. et Mus. Rhen. 52, pg. 348 sqq.) et Arnold (Quaest. Posid. spec. I. diss. Lips. 1903).

2) Stob. I, 38 (Diels, Dox. Gr. pg. 383): *Ποσειδώνιος ὑπὸ μὲν τῆς σελήνης κινεῖσθαι τοὺς ἀνέμους, ὑπὸ δὲ τούτων τὰ πελάγη, ἐν οἷς τὰ προειρημένα γίγνεσθαι πάθη* (scil. accessus successusque).

3) Strabo, qui quam saepe inprimis in rebus ad oceanum pertinentibus premat Posidonii vestigia notum est, 403: *περὶ δὲ τῆς παλιρροίας τοῦ Εὐρίπου τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα.* cfr. 55.

4) Strabo 618: *καὶ Τέρπανδρον δὲ τῆς αὐτῆς μουσικῆς τεχνίτην γεγονέναι φασὶ καὶ τῆς αὐτῆς νήσου, τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται „σοὶ δ' ἡμεῖς τετράγηρυν“ κτλ.*

5) Bake, Posid. frgm. pg. 32. Martini spec. I. pg. 157. Diels, Sibyll. Blätter pg. 21. Arnold, l. l. pg. 70.

6) Martini, spec. I. pg. 158; spec. II. pg. 356.

Philo et Anatolius. Ut enim demonstrent quaternarium numerum convenire solido corpori, commemorant pueros, cum ludunt nucibus, quattuor nucibus perficere primum solidum id est pyramidem.

Itaque constare videtur Posidonii in Platonis Timaeum commentarios fuisse fontem, e quo fluxerunt ea, quae de numeris eorumque virtutibus tradiderunt scriptores, de quibus egimus. Nunc iam libet, quod ratiocinatione effecimus, rectone talo stare possit, experiendo probare.

Ut erueremus Posidonii nomen, profecti sumus a Schmekelii subtili ac doctissima disquisitione, qua totam illam Sexti de criterio disputationem [1]) Posidonio vindicavit. Quod coniecit vir doctus solis nixus argumentis in ipsa Sexti dissertatione positis, sed nunc contingit, ut iis, quae illa usi coniectura effecimus, ipsam illam coniecturam luculentissime comprobemus. Proferuntur enim in hac Sexti parte breviter, plenius in alia parte illi simillima [2]) nonnulla de quaternario numero, quae summa propinquitate coniuncta sunt cum iis, quae exhibet Anatolius.

Sext. adv. arithm. 3.	Anatol. pg. 32.
τετρακτὺς δὲ προσηγορεύετο παρ' αὐτοῖς ὁ ἐκ τῶν πρώτων τεσσάρων ἀριθμῶν συγκείμενος δέκα ἀριθμός. ἓν γὰρ καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέσσαρα δέκα γίνεται· ὅς ἐστι τελειότατος ἀριθμός, ἐπείπερ ἐπ' αὐτὸν φθάσαντες πάλιν ἀναλύομεν καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποιούμεθα τὰς ἀριθμήσεις. πηγήν τ' ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν εἰρήκασιν αὐτὸν διὰ τὸ κατ' αὐτοὺς ἐν αὐτῷ τὸν λόγον τῆς ἁπάντων κεῖσθαι συστάσεως, οἷον εὐθέως τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς. ἐπαρκέσει γὰρ τούτων ὑποδειγματικῶς μεμνῆσθαι. ἡ μὲν οὖν μονὰς ἀρχή τις ὑπόκειται τῆς τῶν	. . . πρώτη τετρακτύς, ὅτι οἱ ἀπὸ μονάδος μέχρι τετράδος τὸν δέκα ποιοῦσι καλούμενον τέλειον ἀριθμόν·

[1]) Adv. log. I, 92 sqq.

[2]) Hanc partem (adv. arithm. 2 sqq.) debere Sextum eidem auctori recte vidit Schmekelius.

Sexti.

ἄλλων ἀριθμῶν ἀπεργαστικὴ συστάσεως, ἡ δὲ δυὰς μήκους ἐστὶν ἀπεργαστική. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν γεωμετρικῶν ἀρχῶν ὑπεδείξαμεν[1]), πρῶτον τίς ἐστιν ἡ στιγμή, εἶτα μετ' αὐτὴν ἡ γραμμὴ μῆκος ἀπλατὲς τυγχάνουσα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ μὲν μονὰς τὸν τῆς στιγμῆς ἐπέχει λόγον, ἡ δὲ δυὰς τὸν τῆς γραμμῆς καὶ τοῦ μήκους . . . ἡ δὲ τριὰς ἐπὶ τοῦ πλάτους καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐτέτακτο· . . . ἀλλὰ κἂν ἐπιθεωρήσῃ τις τῇ τριάδι τετάρτην μονάδα, τουτέστι τέταρτον σημεῖον, γίνεται πυραμίς, στερεὸν σῶμα καὶ σχῆμα· καὶ γὰρ μῆκος ἔχει καὶ πλάτος καὶ βάθος. ὥστε ἐν τῷ τέσσαρα ἀριθμῷ τὸν τοῦ σώματος περιέχεσθαι λόγον. καὶ μὴν καὶ τὸν τῆς ψυχῆς· ὡς γὰρ τὸν ὅλον κόσμον κατὰ ἁρμονίαν λέγουσι διοικεῖσθαι, οὕτω καὶ τὸ ζῷον ψυχοῦσθαι[3]). δοκεῖ δὲ ἡ τέλειος ἁρμονία ἐν τρισὶ συμφωνίαις λαμβάνειν τὴν ὑπόστασιν, τῇ τε διὰ τεττάρων καὶ τῇ διὰ πέντε καὶ τῇ διὰ πασῶν. ἡ μὲν οὖν διὰ τεσσάρων ἐν ἐπιτρίτῳ κεῖται λόγῳ, ἡ δὲ διὰ πέντε ἐν ἡμιολίῳ, ἡ δὲ διὰ πασῶν ἐν

Anatolii.

πρῶτος ἔδειξε τὴν στερεοῦ φύσιν· σημεῖον γάρ, εἶτα γραμμή, εἶτα ἐπιφάνεια, εἶτα στερεόν, ὅ ἐστι σῶμα[2]).

οὐ μόνον δὲ τὸν τοῦ σώματος ἐπέχει λόγον ἐν ἀριθμοῖς τετράς, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ψυχῆς· ὡς γὰρ τὸν ὅλον κόσμον φασὶ κατὰ ἁρμονίαν διοικεῖσθαι, οὕτω καὶ τὸ ζῷον ψυχοῦσθαι, δοκεῖ δὲ τέλειος ἁρμονία ἐν τρισὶ συμφωνίαις ὑφεστάναι, τῇ διὰ δ', ἥτις ἐν ἐπιτρίτῳ κεῖται λόγῳ, τῇ διὰ ε' ἐν ἡμιολίῳ, τῇ διὰ πασῶν ἐν διπλασίονι.

---

[1]) Adv. geom. 19 sqq.: *διδάσκουσιν ἡμᾶς ὅτι σῶμα μέν ἐστι . . . τὸ τὰς τρεῖς ἔχον διαστάσεις, μῆκος πλάτος βάθος . . . στιγμῆς γὰρ ῥυείσης γραμμὴν γίνεσθαί φασι, γραμμῆς δ' ἐπιφάνειαν, ἐπιφανείας δὲ στερεὸν σῶμα. παρὸ καὶ ὑπογράφοντες λέγουσι στιγμὴν μὲν εἶναι σημεῖον ἀμερὲς καὶ ἀδιάστατον ἢ πέρας γραμμῆς, γραμμὴν δὲ μῆκος ἀπλατὲς ἢ πέρας ἐπιφανείας, ἐπιφάνειαν δὲ πέρας σώματος ἢ πλάτος ἀβαθές. κ. τ. λ.* cfr. adv. phys. I, 430 et alios locos.

[2]) Confer Philonis de op. m. pg. 15, 15 (Cohn).

[3]) Confer adv. log. I, 92 (a quo loco sumus profecti), adv. phys II, 283. Ne quis suspicetur e Sexto hausisse Anatolium, moneo idem etiam Macrobium et summam rerum Philonem et Theonem et Chalcidium tradidisse.

Sexti.

διπλασίονι. (Explicat Sextus deinde, quid sit ἐπίτριτος etc., et pergit.) ἀλλὰ γὰρ τούτων οὕτως ἐχόντων καὶ κατὰ τὴν ἀρχῆθεν ὑπόθεσιν τεσσάρων ὄντων ἀριθμῶν, τοῦ τε ἑνὸς καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέσσαρα, ἐν οἷς ἐλέγομεν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἰδέαν περιέχεσθαι κατὰ τὸν ἐναρμόνιον λόγον, ὁ μὲν τέσσαρα τοῦ δύο καὶ ὁ δύο τῆς μονάδος ἐστὶ διπλασίων, ἐν ᾧ ἔκειτο ἡ διὰ πασῶν συμφωνία, ὁ δὲ τρία τοῦ δύο ἡμιόλιος (καὶ γὰρ αὐτὸν τὸν δύο περιέσχηκε καὶ τὸ ἥμισυ τούτου, ὅθεν καὶ τὴν διὰ πέντε συμφωνίαν ὑπέβαλλεν), ὁ δὲ τέσσαρα τοῦ τρία ἐπίτριτος, ὑπέκειτο δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἡ διὰ τεσσάρων συμφωνία.

Anatolii.

ὄντων δὲ ἀριθμῶν τεττάρων τῶν πρώτων α′ β′ γ′ δ′, ἐν τούτοις καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἰδέα περιέχεται κατὰ τὸν ἐναρμόνιον λόγον, ὁ μὲν δ′ τοῦ β′ καὶ ὁ β′ τοῦ α′ διπλάσιος, ἐν ᾧ κεῖται ἡ διὰ πασῶν συμφωνία, ὁ δὲ γ′ τοῦ β′ ἡμιόλιος περιέχων αὐτὸν καὶ τὸ ἥμισυ τὴν διὰ πέντε συμφωνίαν ὑποβάλλει, ὁ δὲ δ′ τοῦ γ′ ἐπίτριτος, ἐν ᾧ ἡ διὰ δ′ συμφωνία.

Itaque quod ratiocinando effecimus, ante oculos positum est; nam, ut iterum tibi explicem argumentationis viam clarius, Sextus adv. phys. II, 263 sqq. utriusque Pythagoricae exposita scholae diversitate adiungit (284) de altera i. e. stoica ratione se esse dicturum „*ἀκριβέστερον κἀν τῇ περὶ κριτηρίου σκέψει κἀν τοῖς περὶ ψυχῆς*“, quorum locorum alter *(περὶ κριτ.)* extat adv. log. I, 92 sqq. Quam totam de Pythagorico criterio disputationem depromptam esse e Posidonii in Timaeum commentario, eundemque Posidonii librum fuisse Anatolii ceterorumque de numeris fontem demonstravit Schmekelius et mihi valde probatur. Invenitur autem iisdem de rebus tertius alius Sexti locus (adv. arithm. 2 sqq.), quem, cum summa similitudine cum illis duobus supra indicatis cohaereat, eidem Posidonio recte vindicavit Schmekelius. Verum autem vero hunc ad verbum fere congruere cum Anatolio modo tibi ad oculos demonstravi. Itaque argumentationis membra tamquam anuli catenae inter se sunt nexa atque apta, ita ut nulla relinquatur dubitatio. Et tamen argumentorum abundantia nondum est consumpta. Aperte enim id, quod adhuc

quamvis veri similiter tamen coniecimus tantummodo ad Posidonium esse referendam illam de numeris doctrinam, reddit verum Theo cum scribit (pg. 103, 16): *ἑπόμενος δὲ τῇ φύσει καὶ ὁ Πλάτων ἐξ ἑπτὰ ἀριθμῶν συνίστησι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Τιμαίῳ. ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νύξ, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἀρτίου καὶ περιττοῦ φύσιν ἔχουσι.*

Iam vero possum omnibus auctoribus, de quibus egimus, inter se comparatis disquirere, quae Posidonii sint propria, quae ipsi addiderint singuli, sed non est operae pretium. Hoc dico Philonem et Anatolium fidelissime videri servasse Posidoniana verba, ita ut Iudaeum in universum arte pressisse exemplaris vestigia, Anatolium non minus accurate, sed brevissime, quae inveniebat, reddidisse censeam. Nec potest esse mirum, quod etiam hic aetate tanto inferior ipso usus est Posidonio, cum Alexandriae fuerit magister, ubi facili erat ei usui librorum magna copia.

Longa erat atque difficillima via, quam peragravimus, ut succederemus in arduum. Multa erant tollenda impedimenta, multa purganda rudera; sed non inutilis fuit labor. Late circumferuntur oculi et multa vident a vertice, quae antea non videbant. Nunc iam intellegimus, quod videre non potuit Hultschius, qui factum sit, ut Theo, Chalcidius, Favonius iisdem fere verbis disserant de musica[1]; etenim ex eodem Posidonio et Adrastus et

[1]) Non est mirum, quod Chalcidius et Favonius, quamquam neuter a neutro pendet, non modo rebus sed etiam vocibus tam accurate congruunt. Sane ut solent veteres scriptores si quid invenerint boni undecumque ac plerumque immutatum id arripere, Adrastus hanc de musica expositionem, ut tamquam suae orationi adderet lumen, ad verbum transscripserat, Varronis autem sescentos libros, imprimis eos, qui erant de rebus ad id temporis Romanis minus tritis, in his mathematica, haud parvam partem fuisse translatos e Graecis exemplaribus notum. Denique Favonius et Chalcidius, quamvis in universum concordent, tamen in singulis tam multas obiciunt discrepantias rerum et verborum — quas compares pg. 48 et apud Hultschium Philol. 61, pg. 196, 22 sqq., ubi typis sunt distinctae —, ut minime hac re labefactetur mea coniectura.

Varro hauserunt. Nunc Sexti librorum, nunc Macrobii commentarii maiores partes, quae sunt de arithmetica aliisque eiusmodi rebus, revocare possumus ad Posidonium, nunc, quod gravissimum idque toto hoc labore dignum est, permulta Chalcidiani operis capita ex eiusdem Posidonii in Timaeum commentario esse deprompta Plutarcho praecipue comparato possumus demonstrare, quo facto etiam hoc, quod diu animadverterunt viri docti, explicatur, quod tam saepe atque accurate examinatur et adhibetur Stoicorum doctrina, ut nonnumquam eam sequi videatur Chalcidius. Sed haec omnia longius persequi libri angustiis prohibeor ideoque ea ad tempus mihi sunt differenda.

Corrigenda:

Pg.	4, 25 a	— ή*ν*	=	ἦ*ν*
„	4, 26 a	— ἀ*ν*	=	ἆ*ν*
„	6, 4 a	— *εἰναι*	=	*εἶναι*
„	6, 8 a	— *μη*	=	*μὴ*
„	7, 4 b	— *κὺβον*	=	*κύβον*
„	7, 26 a	— *τῆν*	=	*τὴν*
„	8, 12 a	— *ἐπτὰ*	=	*ἑπτὰ*

Vita.

Natus sum Iohannes Gerhardus Borghorst Harenae ad Amisiam sitae a. d. XVIII. Kal. Mai. ann. p. Chr. n. MDCCCLXXVIII Hermanno Borghorst Margareta Rohling parentibus, quos superstites esse gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus et institutione privata ad scholam instructus receptus sum in gymnasium Meppense, quod tum Hune paulo post Ruhe moderabatur. Quinque annis post maturitatis testimonio ornatus vere anni MDCCCXCVIII transii in universitatem Monasteriensem, ubi quater sex menses studiis incubui, bis sex theologicis tunc relictis, bis sex philologicis, docentibus me viris doctissimis Hagemann, Kappes philosophis, Hosio, Jostes, Schwering, Sonnenburg, Stahl, Storck philologis, Koepp archaeologo. Deinde vero me contuli Bonnam et sex menses audivi Bücheler, Franck, Loeschke, Solmsen, Usener, Wilmanns ibique fui sodalis proseminarii Usenero benigne me admittente. Praeterea ut exercitationibus interessem Gothicis Franck, archaeologicis Loeschke benevolentissime concesserunt. Unde profectus Berolinum, quod litterarum centrum et artium valde me alliciebat, sexies sex menses scholis interfui Diels, Heinze, Helm, Schöne, Vahlen, v. Wilamowitz-Moellendorff philologorum, Köhler historici, Kekule von Stradonitz archaeologi, Geiger, Roediger, Schmidt germanicorum, Pischel, Sieg, Weber glotticorum, Dessoir, Döring, Münch, Paulsen, Stumpf philosophorum. Proseminarii ut sodalis essem ordinarius quater sex menses Dielesii et Wilamowitzii, regii seminarii sex menses extraordinarius Vahleni beneficio factum est. Ad exercitationes ab ipsis institutas admiserunt me archaeologicas Kekule v. Stradonitz, sanscriticas Pischel et Sieg. Quibus viris omnibus optime de me meritis, imprimis Dielesio, studiorum fautori, summas ago gratias semperque id agam, ut talibus viris non plane indignus videar.

Examen rigorosum sustinui a. d. XII. Kal. Aug.